Concilio as. beniuolū facio/ aut amore cōiungo. Liu. lib. j. Aeneas aduerſū tanti belli terrorē: vt animos aboriginū ſibi cōciliaret ⁊c̄. Hiero. Uera illa neceſſi tudo eſt ⁊ chriſti glutino copulata: quam nō vtilitas familiaris/ ſed dei timor/ et diuinarū ſcripturarū ſtu/ dia conciliant. Reconcilare ꝟo quis dicitur: cū poſt inimicitias rurſus aliquem in gratiā recipit. Aliquā do tamē conciliare/ contrahere ſeu cōparare. Et hoc tam in malū q̄ in bonū. Plau. in Tri. Deus gna/ tus me ad te miſit inter ſe atq̨ tuos affinitatē/ vt cō/ ciliarem et gratiā. Teren. in Heau. Exeo ergo vt pa cē conciliē. Sic dicimus: Concilio mihi odiū/ inimi/ citias: quod eſt quaſi cōparo/ acquiro. Similiter ſu/ mit̄ reconcilio ꝓ cōparo/ acquiro. Quintil. Nam et plus auctoritatis afferūt ea que nō ꝑſentis gratia li/ tis ſūt cōparata: ⁊ laudē ſepe maiorē q̄ ſi noſtra ſint reconciliant. Hinc cōciliatus ꝓ empto. Terē. Pro/ di male cōciliate. i. magno ꝑcio empte: et cōciliatio ꝓ cōuentione. Plau. Extat cōciliatio/ ſeruāda ꝓmiſſa. Cōciliatrix dicit̄ mulier que viros mulieribus/ ⁊ vxo res viris conciliat.

Concretū id dicit̄ auctore Dona. qđ ex minutijs mul/ tis in vnā cogitur maſſam.

Cōcio is. cōuoco. Liuiꝰ li. j. Deinde ne vana vrbis ma gnitudo eſſet: adijciēde multitudinis cauſa vetere cō cilio vrbes q̄ obſcurā atq̨ humilē cōciendo ad ſe mł/ titudinē natā e terra ſibi prolē ementiebant̄.

Concio onis. a concio is. tria ſignificat. ſ. locū/ ſugge/ ſtūq̨ vnde verba fiunt. Liuiꝰ lib. j. Uocato ad conci/ liū populo ſūmiſſis faſcibus in concionē aſcēdit: mul titudinē populi aſſiſtentis cōuocatā: vel ex magiſtra/ tus iuſſu/ vel publici ſacerdotis/ vel ſua auctoritate: ⁊ ꝓprie ad audiēdū oratorē concionātē in bonū publi cū. Cice. in Lel. Concio que ex imperitiſſimis ꝯſtat: tn̄ iudicare ſolet. Sal. Itaq̨ cōcione aduocata hmōi orationē habuit. Et orationē ipſam que ad ppl'm ha/ bet̄. Cice. Dolobelle. Legi concionem tuam: nihil il la ſapientius. Hinc concionor naris. orationem ha/ beo. Idem cornifi. Nos hinc cum homine gladia/ tore omniū nequiſſimo collega noſtro Antonio bel/ lum gerimus. Sed nō pari contentione arma ver/ bis. At etiam de te concionatus eſt. Hinc conciona tor: qui orationem habet. Hiero. in ꝓlo. Salomōis. Eccleſiaſtes a greco appellatus: quia cetū: id eſt eccle ſiā: quē nos nuncupare poſſumus concionatorē ꝙ lo quatur ad populū: et ſermo fit nō ſpecialiter ad vnū/ ſed ad vniuerſos.

Cōcionalis: q̄ idoneꝰ eſt ad ꝯcionādū: aut qui cōciona/ ri cōſueuit: qualis hodie vulgo ꝑdicator appellat̄ Cu rius. Ci. Qđ quidē ſi inter vos ſenes cōcionales ve nale ꝑſcripſerit/ egerit nō multū.

Cōcionatorius a. um. qđ ad concionē ꝑtinet. Gel. Ec/ ce autē ꝓ tibicina laconica tibia quoq̨ illa cōcionato ria in mentē venit: quā. C. Graccho cū pplo agēte ꝑ iſſe ac ꝑmōſtraſſe modulos ferunt.

Concha genus piſcis ex cancrorum genere. Conche et oſtrea dicunt̄ firmiores teſte piſces. Cōche que teſtā leuem ac politam habent/ ſiue vniformiter rugatam. Et teſte ipſe duriores ꝓprie conche dicuntur: quales ſunt coclearū atq̨ concharū. Ouidius. Oſtrea que i conchis tuta fuere ſuis. Col. Implicitus conche li/ max. Unde vaſis quoq̨ genus concauū ac ſuperius patulū/ ab huius ſimilitudine conche/ conchā voca/ mus. Pli. Rurſus tundit̄/ deinde lauat̄ in conchis/ ſiccat̄q̨. Alio noīe alueos ⁊ alueolos dicimus: ⁊ pre ſertim in longū porrectos ligno excauato vt mono/ xyla. Eſt ⁊ concha genus vaſis vinarij: in quod e do/ lio hauritur vinū. Iuue. Cū bibitur cōcha. Dicitur ⁊ cōchus. Aliquādo concha ponitur ꝓ tuba. Uirg. li. vij. Sed tum forte caua dum perſonat equora cōcha. Ser. hoc nomen a greco κογχη trahit. Alij latinū putant a concauitate deductum: atq̨ ſine aſpiratio/ ne ſcribunt. Aelianus autem lib. iij. εχει γλωτταν πορφιρα και δια ταυτης ελκει οσα θει και δι ὰ ταυτης αλισκεται. Poſtea de margaritis ſcribit κογχη δε αφροδιτε ιερα ται και τα κογχυλια μεγιστα εργα προβαριδι και ιυδοισ.

Conchus: lapis quidā in concha piſce: qui a nonnullis vnio: ab alijs margarita ſiue perla dicit̄.

Conchyle penult. ꝓdu. Conchylium: genus piſcis ex conchaꝝ genere: vt ait Pliniꝰ lib. ix. in mari aſſyrico et medico: quem muricē et Sarrā et oſtrū appellāt: ex cuius inciſa concha colligit̄ ſuccus tingēdis veſti/ bus expetitus. Ex eo em̄ inficitur purpura: qui color auſterus in glauco eſt/ ⁊ iraſcenti ſimilis mari. Unde conchiliata veſtis dicitur purpurea a conchylijs. Ci/ cero in Phil. Conchiliata periſtromata appellat que infecta erant ſucco conchyliorum. Ponitur quando/ q̨ conchylium pro ipſo colore: ſicut purpura murex q̨. Plinius. Concharum ad purpuras et conchylia eadem eſt materia. Item ꝓ genere ipſo concharum:

a quibus nomē ſumpſit Idē. Lingua purpurea longitudine digitali: qua paſcit̄ perforando reliqua ꝯchylia. Cruor cōchylij ſiue muricis oſtrū dicit̄ ab oſtris. Quapropter conchyliū muricē oſtrū in eadē ſignificatione accipim⁹. Virg. Tyrioqꝫ ardebat murice lena. Idē. Vt gēma bibat ⁊ ſarrano dormiat oſtro. Iuue. Horū ego nō fugiā conchylia: hoc eſt/ luxurioſas veſtes ⁊ murice infectas.

Conchis: fabe genus/ ſiue ędeliū ex faba. Iuuenalis. Cuius conchę tumes. Sunt qui dicāt eſſe fabā cum cortice ſuo elixam: ad differentiam fabę frixę quę ſine cortice coquitur a ſimilitudine concharum/ ꝙ fracto cortice velut implicita conchis ſuis caruncula videatur. Mar. Si ſpumat rubra conchis tibi pallida teſta Latorꝝ cęnis ſępe negare potes. Hui⁹ diminutiuū eſt conchicula.

Concino is. penult. correpta: cōcinui concentū: ſimul cano. Cice. libro pmo Aca. Qui cū ſimilitudine cōcinere maxime ſibi vident̄. Per tranſlationē ponit̄ ꝓ ꝯuenire. Concinit em̄ qui conſonat. Et ſic cū datiuo conſtruit̄. Aug⁹. Quędā exemplaria habēt. Ecce generationē filiorꝝ tuorꝝ cui cōcinui: id eſt cui ꝯgrui: cui accōmodatus ſum.

Concento as. frequentatiuū eſt a cōcino is.

Concētor in decretis canonicis dicit̄ is qui ꝯſonat ⁊ cōcinit canēti: ſicut ſuccētor q̄ voce ſubſequēs canendo reſpōdet. Pręcētor: q̄ vocē ꝑmittit in cantu.

Concētus us. ſimul cātus/ cātus mixt⁹. i. ſymphonia ⁊ diuerſarꝝ modulatio vocū: vt cū e multis diuerſis vocibus vn⁹ efficit̄ ſon⁹. Virg. lib. j. Georg. Hinc ille auiū cōcentus in agris.

Concinno nas. per duplex nn. conſentio/ apte compono/ ⁊ quaſi ꝯuenire facio: quod vernacula lingua dicimus conciare: vt Pellis concinnata eſt ad calceos. Plau. Auceps quādo cōcinnauit areā eſcas effudit. Hiero. Lucernas ꝯcinnant/ vel ſuccedunt focum. A cōcinnus formatū verbū: qđ ex con ⁊ cinnus componit̄. Cinnus autē potionis genus eſt ex multis liquoribus confectū.

Concinnus na. um. idē eſt quod cōpoſitus et ornatus: vt cōcinna oratio. i. compta et apte cōpoſita. Cōcinne: cōpoſite/ ꝯuenienter. In quo etiā ſenſu accipi poteſt cōcinne pe. cor. a concino.

Cōcinnitudo: ꝯueniētia. Ci. lib. ij. artis veteris. Splēdoris ⁊ feſtiuitatis ⁊ ꝯcinnitudinis minimū.

Cōcinnētia: cōtinentia. Sido. ad Cōſentiū. Ex domiciliū parietibus attollit̄ ad concinnentiā. ſ. architectonicā fabre locatis.

Concipio pis. penult. correpta: ſimul capio/ apprendo. Vnde concipere mulieres dicunt̄/ cum genitale ſemen apprenditur ad fetum faciendū: et conceptus fetus dum genitura coaluit. Et cōceptio. Lactan. libro tertio. Quid ꝙ vxor poteſt eſſe cōmunis/ filius non poteſt: quoniā concipi nō niſi ex vno neceſſe eſt. Transfertur ad animū. Quintil. Nec tantū concipere animo ſcelus potui. Hinc cōceptus mentis dicūtur/ quę comprendimus ⁊ imaginamur. Et apud Geometras/ cōmunes animi conceptiones vocant̄/ quę omnes tanqꝫ manifeſta et indubitata profitentur: vt Omne totū eſt maius ſua parte. Et ſi ab ęqualibus ęqualia demas: quę remanent/ inter ſe ęqualia ſunt. Interdum concipere eſt deliberare ac deſtinare. Seneca. Iamdudū animo conceperat quid eſſet actur⁹. Vnde conceptū dicimus prędeſtinatū. Virgil. Aut tu bella cie conceptumqꝫ excipe fędus. Interdū congregare/ in vnum reducere. Pollu. libro primo. Ne cum a vertice torrens imbribus conceptus affluxerit/ fundamenta conuellat. Idem. Sed ampla ſtabula ſic ordinentur: vt ne quis humor influere poſſit: et vt quiſqꝫ ibi conceptus fuerit: qꝫ celerrime dilabatur/ vt nec fundamenta parietum corrumpantur/ nec vngulę pecudum.

Conceptio apud grāmaticos ſchema eſt: cū vnū gen⁹ concipit: hoc eſt ſimul apprendit aliud genus: vel vna perſona aliā perſonā.

Conceptus a. um. participium: quod apprenſum ſiue deſtinatū aut congregatū eſt. Conceptus us. nomē/ quod et conceptū: dicitur de his quę in ventre fęminę ⁊ in animo fiunt.

Conceptabulum/ aliter conceptaculū: quod aliqđ continet: vt vena eſt conceptaculū ſanguinis: id eſt ī quo ſanguis continet̄.

Conceptiuę ferię: quę certis diebus quotānis obſeruabantur: vt ſementinę ⁊ cōpitalitię.

Conclamatum eſt: quod tranſactum et finitum eſt: vt Conclamata corpora: quę nihil reliqui iam habent ad vitę officia. Aut conclamatum eſt: id eſt ſatis deploratum/ ſatiſqꝫ vociferatū eſt. Luc. Corpora nondum conclamata iacent. Hinc tractum dicitur/ ꝙ cū vitalis ſpiritus interclusus homines fallere ſoleat: aqua frigida ablui conſueuerunt/ et per interualla conclamari. In quo cum liberari nequirent: poſt vltimam conclamationem quaſi rebus deſperatis comburebantur.

Conclaue penultima producta/ neutri generis: et conclauis fęminini generis: locus ſecretior in interioribus tectis: vbi colloquia fieri ſolent. Habetqꝫ vnam clauē cōmunē domeſticis/ ꝙ intra eū multa loca clauſa ſint adhęrentia triclinio. Cic. Cōclaue tricliniū interpretatus eſt. Hora. in Ser. Currere per totū pauide cōclaue magiſqꝫ. Et cōclauia loca ſunt quę vna claue claudunt̄. Hinc cōclauatus locus dicit̄ vna claue clauſus: a cōclauo as: cui⁹ paſſiuū eſt ꝯclauor. Cōclauiū: genus anuli eſt.

Concludo dis. penultima producta: ſimul claudo: a q̄ concluſus anulus dicit̄. Per tranſlarionē concludere eſt perorare. i. orationē terminare. Vnde cōcluſio dicit̄: quam gręci Epilogon/ noſtri modo peroratio/nem/ modo cumulū vocant. Nam cumulus proprie aceruus eſt. Et in concluſione omnia quaſi in vnum aceruū colligunt̄.

Cōcorporo: ſimul corporo: qđ fit cū duę pluresve res mixtę vnū q̄d efficiūt. Pli. Semꝑ mulſū ex vetere vino facillimeqꝫ cū melle cōcorporat̄.

Concors: a couiūctione cordis dicit̄: qui vni⁹ cordis ſiue vni⁹ animi eſt. Inde cōcordia/ cōcorditas/ cōcorditer ⁊ cōcordo: quib⁹ contraria ſunt diſcors/ diſcordia/ diſcorditer/ ⁊ diſcordo.

Concordia: nō ſolū quę diſcordię contraria eſt intelligit̄: vt apud Sal. Cōcordia paruę res creſcūt/ diſcordia maximę dilabūtur: ſed etiam quędam a Romanis credita eſt: cuius templū nō longe a lacu curtio ī palatino monte.

Cōcordare: eſt ꝯcordē eſſe. Terē. in Phor. Si concordabis cū illa: habebis q̄ tuā ſenectutē oblectet.

Concrepo pas. penultima correpta: perſono. Et plus eſt qꝫ ſono. Nā con ibi auctiuū eſt. Teren. Sed oſtium concrepuit.

Concubo as. pe. corre. et concūbo is. ſimul dormio/ ſimul q̄eſco. Per tranſlationē de re venerea dicit̄. Vñ ⁊ cōcubin⁹ ⁊ concubina/ ꝙ ſimul cubent. Hinc et cōcubit⁹ us. ⁊ concubitū. Aug⁹ lib. v. de ciui. dei. Nunquid ⁊ in cōceptu vbi et vnū concubitū manifeſtū ē: ⁊ tanta naturę vis: vt cū cōciperet fęmina/ deinde alterū concipere omino nō poſſit.

Concubium: a concubitu dormiendi cauſa dicitur. Et ſunt concubia noctis primi ſomni/ ſeu intempeſta nox: quia tūc tempus agendi eſt nullū/ ꝙ fere omnes cubent. Alij ab eo ꝙ ſilet̄/ ſilentiū noctis: qđ Plautus conticinium vocat. Siſen. libro. iiij. Hiſto. Ipſi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

legati cõcubia nocte oppido digreſſi iam ſupra hoſti/
um munitionẽ ſuccedũt.

Concutio cõcutis/cõcuſſi cõcuſſũ: vide in dictiõe Qua(tio.

Cõcupiſco is. vide in dictione Cupio.

Condemno nas. ex con et damno: ſignificat iudico. Et
conſtruitur cum ablatiuo vel genitiuo. Cice. Curio/
ni. Quare ſi iniquus es in me iudex: cõdemnabo eo/
dẽ ego te crimine. Idem Tironi. Etiã ſceleris ꝯdem
nat generꝝ ſuũ.

Condico cis. penultima ꝓducta: ſimul dico/ ſimul de/
termino/cõſtituo. Juſt. libro. iij. Nã inducias quas
ꝓprio nomine condixerant/ ex ſociorũ perſona rum/
pebant. Unde condictus: ſimul dictus et ꝓmiſſus.
Et condicere eſt repetere. Julius. Si alienam rem
mortis cauſa donauero: eaqꝫ vſura parta ſit: verus
dominus eam condicere nõ poteſt. Item condicere
ponitur pro cõtradicere. Paulus. Hic ſcit poſſe ſibi
condici ſi cõualuerit donator. Item ſꝫm iureconſul/
tos pro dicendo denunciare: ſed ꝓprie quando actio
datur in perſona. Hiero. in Exod. Clamauit Moy/
ſes ad dñm ꝓ ſpõſiõe ranarũ quam condixerat Pha
raoni. Sue. in Tibe. Cenã ea lege cõdixit: ne quid ex
ꝯſuetudine immutaret.

Condictũ: quod incõmune eſt dictũ: id eſt ꝓmiſſũ: ſeu
pactũ inuicem factũ. Hiero. in lib. Gen. Juxta cõdi/
ctũ reuertar ad te.

Cõdictio: et ꝓnunciationẽ quandã et actionem ſignifi/
cat. Eſt et cõdictio (vt docet Feſtus) in diem certũ ei⁹
rei que agit̃ denũciatio. Cõdicere eñi priſca lingua ẽ
dicendo denũciare.

Cõditio ſine c. a cõdo is. fit: et ꝓ fortuna ac ſorte fortu/
naꝝ/temporꝝ et rerꝝ poni ſolet. Cice. O miſerã con/
ditionẽ adminiſtrandi cõſulatus. Aug⁹. Ea temporũ
ꝯditio erat: vt ne conqueri quidem de iniurijs fas eſ/
ſet. Et apud Liuiũ legimus cõditiones pacis obla/
tas. Et hõ bone conditionis dicit̃: qui in bona fortu/
na eſt: hoc eſt/qui diues eſt. Aliquãdo electionẽ ⁊ cõ
uentionẽ denotat. Teren. Amatores chryſidis tule/
runt conditionẽ: ſi vellet eis morẽ gerere: ſe daturos
illi preciũ: ipſa ꝟo accepit conditionẽ: id eſt pactioni
ꝓmiſſioniqꝫ cõſenſit. Et apud Liui. legimus cõditi/
nes pacis oblatas.

Cõdio is. condiui vel condij conditũ: pe. ꝓd. ſapidũ fa
cio: qð fit cũ epule ſale aut pinguedine/ſeu aromati/
bus cõdiunt̃. Juue. Et quadringentis nũmis condi/
re guloſũ fictile. Hinc cõdimenta dicunt̃: que ad cõ/
dienda obſonia fiunt. Cice. lib. iij. offi. Nam vt tribu
am⁹ aliqd voluptati cõdimenti. Hec ſi ꝑ ſe ſint greco
vocabulo dicunt̃.

Cõditura re. idem quod condimentũ. Hiero. ꝯtra Jo
ui. Porri ſi alimenta coquorꝝ arte mutant̃ in meli⁹:
et fit aliquid ſuaui⁹ cõdituris: hmõi cibi nõ nature ſa/
tiſfaciũt/ſed voluptati.

Cõdylus penul. corre. iũctura ⁊ nodus articulorꝝ in di
gitis ⁊ eminẽs/ſtricta in pugnũ palma. Nã quattu/
or digiti (vt ſcribit Ariſtoteles) ternos habẽt condy/
los/pollex ꝟo duos. Greci etiã cõdylon pugnũ vo/
cant: qui fit cõplicatis digitis in cõdylos ⁊ tuberculũ
Unñ Plutarch. ſcribit eũ quẽ caſtor cõdylo percuſſiſ/
ſet: ſtatim mortuũ in cacoçeliã incidit. Martian⁹ i p̃/
mo. Caput illi virga cõminuẽs idẽ quib⁹ fuerat eblã
dita ictibus crebris complicatiſqꝫ in condylos digi/
tis vulnerabat.

Cõdyloma matis. penult̃. ꝓdu. κονδύλωμα mor/
bus (vt Jul̃. Pol. inquit) qui naſcit̃ circa coronam
ani ſiue podicis tuberculũ inſanabile. Et circa ſedem
fiũt cõdylomata magna/ſed nõ laborioſa. Naſcũtur
ex inflãmatiõe: nec ſunt hemorrhoides/ſed emin en
tes tumores: nũc molles/nũc duri: figura rotũda/et
nihil eminentes. Sunt autẽ tria morborꝝ genera: vt
ſcribit Celſus lib. vj. que anus recipit. Primũ mor/
bũ dicit eſſe Rhagadia: qñ plurib⁹ locis cutis ſcindi
tur. Secundũ Cõdyloma. Tertiũ hemorrhoides: cũ
ora venaꝝ ſanguinẽ fundunt.

Condo dis. cõdidi: conditũ penultima correpta: ſigni/
ficat in vnũ interiorem locum ad cuſtodiam do: vt ſit
cum quempiam compeditũ in carcerem cõdimus et
abſcondimus. Uirgilius. Et nota cõduntur in aluo.
Plini⁹. Si libeat credere vt ſub vna ficu turme con
dantur equitum. Quandoqꝫ cõſtituo/ edifico: quaſi
ſimul do: vt Troiani romã cõdiderunt. Et Cice. mul
tos libros cõdidit. Hinc incõditus ꝓ inornato/incõ/
poſito. Qñqꝫ repono. Plini. Formice cõdunt eſtate
fruct⁹ quib⁹ hyeme fruant̃. Qñqꝫ cõdono. Plinius.
Opus cõdidit perpetuo omnibus legendũ. Quan/
doqꝫ recõdo/ſepelio. Idẽ. Poſt cõditũ monumen/
to corp⁹. Quandoqꝫ potior. Uirgili⁹ lib. vij. Opta/
to cõdunt̃ tybridis alueo. Hui⁹ verbi cõpoſita ſunt
abſcõdo ⁊ recondo.

Cõditor pe. cor. qui aliquid facit. Cõditor pe. pro. a cõ
do dis. qui fercula condit.

Conditaneũ mõ a condendo/ mõ a cõdiendo fit: ſigni/
ficatqꝫ quod condi vel cõdiri poteſt. Unde apð Uar
ro. Cõditaneam oleam in agro craſſo ⁊ calido maxi/
me ſerere cõuenit.

Cõditorium: a cõdendo ſepulchrũ dicit̃. Plini⁹. Tam
rara in amicis fides: tam parata obliuio mortuorũ:
vt ipſi nobis debeamus cõditoria cõſtruere: omnia
qꝫ heredũ officia preſumere. Sueto. appellat condi/
toriũ illum alueolũ et loculamentũ: in quo recõditũ
erat corpus Alexandri magni quod aureũ erat. Am/
mianus vocat cõditoriũ muraliũ tormentorũ repo/
ſitorium machinarũ. Petronius Arbiter accipit ꝓ
ſepulchri repoſitorio cum ait: In cõditorium etiam
proſecuta eſt defunctũ: poſitumqꝫ in hypogeo greco
more corpus cuſtodire cepit. Hypogea eñi greci di/
cunt ſubterranea.

Conditicius a. um. quod conditũ eſt et ſeruatum. Col.
lib. ix. de columbis. Duobus aut tribus menſib⁹ ac/
ceptant cõditicia cibaria: ceteris ſeipſas paſcũt ſemi
nibus agreſtibus.

Cõditiuus a. um. quod apte cõdi põt. Uar. lib. j. de re
ruſt. Cõditiua mala ſtructea coronia ſcãtiana ſcandi
ana/muſtea i loco arido ⁊ frigido ſuprapoſita palea
ſeruari recte putãt. Aliqñ cõditũ dicit̃ qð cõditum ⁊
ſeruatũ ẽ. Col̃. li. viij. Itaqꝫ mane priuſqꝫ ꝓcedãt i pa
ſcua cõditiuis cibis ſuſtinẽde ſunt: ne immaturis her
bis citet̃ aluus.

Cõdocefacio: inſtruo. Cice. lib. v. Tuſc. Nemo eſt eñi
qui eorum bonorum animũ putet eſſe iudicem/ eũqꝫ
cõdocefaciat: vt ea que bona mala ve audiant̃/ poſſit
contemnere.

Cõduco cis. penult̃. ꝓducta: ſimul duco: vel pro ſim/
plici ponit̃. Plaut⁹ in Epi. Mane me iuſſit ſenex cõ
ducere aliquam fidicinam ſibi huc domũ. Interdum
ſignificat aliquid precio accipio: quod vulgo dicitur
afficto/ſeu ad appenſionẽ vel ad militiam ſumo. Cic.
Tiro. Huic ego locũ in proximo cõduxi. Plautus
in pſeu. Quantulo argenti te conduxit pſeudolus?
Interdum colligo/ congrego. Uar. Mane ſuſcitat
roſtra: populum in foro conducit. Interdum emo.
Plautus. Cedendũ conduxi ego illum. Interdum
conuerto. Lucil̃. Et virtute tua et claris conducere
chartis. In tertia autem perſona/vel infinito ſigni/
ficat vtile eſſe. Et ſi de homine loquamur/ cũ datiuo
tñ conſtruitur. Columella libro. j. Nam id minime
conducit agricola. Si autem de re alia: tunc quãdo/
qꝫ datiuũ exigit. Plaut⁹ in Cap. Ut potiſſimũ quod
in rem recte conducat tuam id petam/id proſequar
qꝫ corde/animo atqꝫ viribus. Et iterum ibi. Nam ſi

ea memorem que ad ventris victum conducunt mo/
ra eſt. Cice. Lentu. Et reipu. rationibus putem con/
ducere. A conduco fit participium conductus a. um.
et conductus us. nomen.

Cōducibile: quod vtile eſt. Plau. in bac. Nō ego iſtuc
facinus mihi conducibile eſſe arbitror. Pōt etiā dici
cōducibile quod cōduci poteſt.

Cōducticius a. um. qḋ cōduci ſolet vel cōducit: ſiue ex
eoꝝ numero eſt que cōducuntur. Plau. in Epi. Sed
vna me res turbat ratioꝫ apocidi quo modo oſten/
dā fidicinā aliquam conducticiam. Conducticia do/
mus tamen dicitur que conducta eſt. Sic cōducticia
opera dicit̃ mercenaria que conducta eſt. Var. Om/
nes hi agri coluntur hominibus ſeruis aut liberis/
aut vtriſꝫ. Liberis: cū ipſi colunt vt pleriꝫ pauper/
culi cū ſua progenie/aut mercēnariis et conducticiis
operis liberorum.

Confarreatio: vide in dictione difarreatio: a cōfarreo.
Apul. formauit participiū ꝯfarreaturus. Talis inq̃t
mulieris publicit⁹ matrimoniū cōfarreaturus.

Confero penul. correpta. ſimul pono. καὶ ελλιριϊσιτι
φερω φερεισ καὶ φορεω φορω. Cicero libro ter/
tio offi. Omnes curas cogitationeſꝫ meas confere/
bam. Ponitur quandoꝫ pro confero. Virgil. libro
ix. Et ſi conferre manū furor iraꝫ monſtret. Quan/
doꝫ ꝓ tribuo. Ambro. Magna femina que multo
amplius inuenit quod imperatori conferret/ꝙ quod
ab imperatore acciperet. Quandoꝫ ꝓ ꝯtollo. Vir/
gilius. Et conferre gradū: et procedere longius au/
det. Quādoꝫ pro diſputo/ſeu in comparationē de/
duco. Hiero. in ꝓlo. Paralippo. Quendā auctorē
qui apud Hebreos in admirationibus habebat̃/aſ/
ſumpſi: ⁊ contuli cū eo a vertice (vt aiunt) vſꝫ ad ex/
tremū vnguem. Et ſic confirmatus auſus ſum face
re quod iubebatis. Et dicimus: confero te illi ⁊ cū il
lo. Ouid. Cōfer amycleis medicatū vulnus ahenis.
Murice cū tyrio turpius illud erit. Quādoꝫ ꝓ pa/
ro/diſpono. Plau. in Cur. Ita tuum confero amare
ſemper ſi ſapis: ne id quod ames/populus ſi ſciat/ti
bi ſit ꝓbro. Qñꝫ ꝓ impono/iniicio. Idē i Amphy.
Ne poſterius in me culpā cōferas. Quādoꝫ ꝓ fa/
cio. Teren. in Heau. Syrus cū illo veſtro conſuſur/
rat: cōferuntꝫ cōſilia adoleſcentes: id eſt ſimul faci/
unt. Qñꝫ ꝓ cōiungo. Cice. ad Octa. Nam vt ordi/
ar a principio: et perducam ad extremū: ⁊ nouiſſima
conferā primis. Quādoꝫ ꝓ transfero/traduco. Te/
ren. in Eunu. Metuet ſemper quem ipſa nūc capit
fructū: ne qñ iratus tu alio conferas. Item ibi. Vſꝫ
adeo ego illius ferre poſſū ineptias ⁊ magnifica ver
ba/verba dū ſint. Verū eñ ſi ad rem conferent̃/va/
pulabit: id eſt deducent̃. Quādoꝫ ꝓ cōtra fero. Li/
ui⁹ lib. i. Aliquotiens latinus exercitus cominus cū
romanis ſigna cōtulerat. Quādoꝫ ꝓ valeo ſeu pro
ſum. Col. lib. i. Ceterū ad eſtiuos temperandos ca/
lores plurimū ꝯferunt ſalientes riui. Cōferre in pau
ca eſt cōcludere inquit. Cice. lib. iii. offi. Cōferre ver/
ba in pauca eſt reducere. Plaut⁹. Nūc verba in pau
ca conferā. Col. li. i. Sitꝫ vtriꝫ primū horreū quo
conferat̃ ruſticū inſtrumentū. i. in vnum reducat̃: Et
cōferre donare: vt Multa cōtuli in Catonē. i. multa
donaui Catoni. Similiter cōferre ire: vt Contuli me
domū: ⁊ Cōtuli me ad Catonē.

Confercio is. ex con et farcio: ſumitur ſicut compleo.
Cice. in Catil. Vino languidi: conferti cibo ſertis re
dimiti vnguentis obliti. Inde cōfertus ta. tū. a quo
confertiſſimus pro frequentiſſimus ſiue creberrim⁹.
Liuius libro. ii. In confertiſſima turba prope regiū
tribunal conſtitit.

Conficio cis. penul. corre. finio/perficio. Cicero. Nā
ſi hoc expectandū ſit dū totum bellum conficiā. Et i
paſſiua voce: vt Vir inops fame/frigore/dolore cō/
ficitur: id eſt conſumitur et fere perit. Cice. Plagis
confectū ante oculos tuos cecidiſſe. Lactanti⁹ libro
ſcdo ꝓ deſtruo ſiue occido poſuit. Ignis quidē per/
miſceri cum aqua nō poteſt: quia ſunt vtraꝫ inimi/
ca. Et ſi cominus venerint alterutrum quod ſupera/
uerit: conficiat alterum neceſſe eſt. Idem ibi. Cum
Annibal duos exercitus populi romani aſtu et vir/
tute confecit. Et hoc eſt ex vi prepoſitionis con: que
et in bonā et in malam partem accipi ſolet: vt confi/
cere pro perficere/et pro cōſauciando trucidare. In/
de cōfectores ferarum. Sueto. in Tito. Notiſſima
hieroſolymoꝝ oppugnatiōe. xii. propugnatores to/
tidem ſagittarū confecit ictibus. Item conficere eſt
facere. Teren. in Phor. Bonas me abſente hic cō/
feciſtis nuptias. Item explicare. Cice. li. ii. offi. Ho/
neſtatis pars confecta eſt: quā tibi cupio eſſe notiſſi/
mā. Item exequi: vt apud eundē. Si me amas confi
ce: quamcūꝫ ei fidem dederis preſtabo. Item colli/
gere. Permagnā (inquit idem in Ver.) dices ex illa
re pecuniam confici poſſe. Item frangere. Plini⁹.
Nucē dentibus conficere ac plage imponere. Item
cōſumere. Teren. Qui cū hic nō videant me credāt
cōficere argentū ſuū. Cice. Nec me lāguoribus de/
di quibus eſſem confectus. Item ſimul facere. Cice.
Cōfeci que iuſſiſti omnia. Feſtus. Confecerūt vna fe
cerunt. Lactā. lib. ii. Quō poteſt ex multorum deo/
rum aceruo vnus deus cōfici? Confectus etiam de/
feſſus dicit̃. Cice. lib. ii. offi. Nec me languorib⁹ de/
di quibus eſſem confectus.

Confido is. penul. ꝓdu. credo et certus ſum. Et tum
de p̃terito/tū de p̃ſenti/tū de futuro tēpe dicit̃. De p̃
terito. Cice. Quoniā probatā rationē officii mei vo
bis eſſe confido. De preſenti Idē. Quāꝫ a Cratip/
po noſtro principe hui⁹ memorie phorum hec te aſ/
ſidue audire cōfido. De futuro: vt apud eūdē. Ita fo/
re cōfidimus. Et dicimus: Cōfido tibi/et in te. Vir/
gil. Et afflictis melius confidere rebus. Aliqñ confi/
dere ſignificat audere: quod in bonā et in malā par/
tem accipit̃. In bonā. Cice. lib. iii. de legibus. Vi ex/
cellens et fortis cōfidere ſibi debet: et ſue vite ⁊ acte/
et conſequenti. In malā etiam accipitur. Unde con/
fidentē dicimus/qui leges iuraꝫ cōtemnit/et nihil ti
met. Quāobrem et pro temerario impudenti et im/
probo poni conſueuit. Terentius in Phor. Homo
cōfidens ꝙ illū dii omnes perdāt. Cice. Qui fortis
eſt idē fidens: quoniā cōfidens mala cōſuetudine lo/
quendi in vitio ponitur. Virg. Nā quis te iuuenū
cōfidentiſſime noſtras Juſſit adire domos. Hinc cō
fidentia: que ſicut docet Dona. eſt audacia cū impro
bitate. Terent. in And. O ingentē confidentiā. Ali/
quando tamen cōfidens ponitur ꝓ cōſtanti ⁊ graui.
Idē ibi. Neſcio qs ſenex venit mō ellū cōfidens. Do
na. Confidentē pro cōſtanti nō in mala ſignificatiōe
poſuit: et confidentia conſtantia/duricia/patientia.
Plau. in Aul. Scapularū cōfidentia virtute vlmo/
rum freti. Et cōfidenter/conſtanter. Plaut⁹. Que nō
deliquit decet audacem eſſe confidenter. Quandoꝫ
etiam temerarie. Accius. Qui in puelle domū tam
confidenter irrupit.

Cōfiteor eris. confeſſus: verbū cōmune: ſimul aut to
tum ſimul fateor ſeu affirmo. In ſignificatione acti/
ua. Lactā. li. v. Ut doceret quibus penis affici opor
teret/qui ſe cultores dei confiterentur. In paſſiua: vt
in Gorgonio martyre legitur. Ut quid in illo crimē
inducit̃: quod a nobis omnibus cōfitet̃. Duobus aliis
modis apud ſacras litteras capit̃ cōfiteri. Eſt eñ cō/
feſſio laudātis ſeu gratias agentis. Eſt et ꝯfeſſio ge/
mentis. Cōfeſſio laudātis ad honorem pertinet eius
qui laudatur. Cōfeſſio gemētis ad penitentiam per/

tinet eius qui confitetur. Cōfitent̄ eīn hoīes cum lau
dāt deū: confitent̄ cū accuſant ſe. Sed cū ad pęniten
tiā referr̄/cū accuſatiuo conſtruit̄: et qn̄qꝫ cū datiuo
vltra accuſatiuū: vt in Pſal. Dixi cōfitebor aduerſū
me iniuſticiā meā dño. Cū autem ad laudem ſeu gra
tiarumactionē/datiuū tm̄ exigit: vt eſt illud: Confite/
or tibi domine rex cęli et terrę. Solet aſſignari diffe/
rentia inter cōfiteri et ꝓfiteri: ꝙ illud neceſſitatis ſit/
hoc volūtatis. Cice. ꝓ Manili. Hoc ego nō ſolū cō/
fiteor/verūetiā profiteor.

Confeſſor: ꝓprie qui confitet̄ rogatus: nō qui alterius
peccata audit.

Conflare: ſimul flare: qđ ꝓprie dicunt̄ venti facere cum
ſunt diuerſi. Interdū eſt ſufflare. Pli. Philiſcus offi
cium pinxit pictoris ignē conflāte puero. Interdū ſi/
gnare: qꝛ hoc niſi conflato igne fieri poteſt. Unde cō
flatā pecuniā dicimus: hoc eſt ſignatā. Interdū con/
citare/cōtrahere. Et vtplurimū de malis dicit̄. Dici/
mus eīn: Tu tibi hodie conflaſti inuidiā/inimicitias/
odiū. Sal. Magnā illi inuidiā cōflauerā vſqꝫ adeo:
vt nōnulli eqtes ꝓpli romani/q̄ ꝓſidij cauſa cū tel'erāt
circū ędē concordię. Dicimus quoqꝫ. Mihi conflaui
ęs alienū: quod eſt: feci me debitorē alienę pecunię.
Idē. Alienū ęs grāde cōflauerat/quo flagitiū aut fa/
cinus redimeret. Idē dicit̄ ꝓ cōtraho: quibus corre/
ſpōdet: Diſſoluo ęs alienū: qđ eſt: ęs alienū qđ cōfla/
uerā reſtituo. Quintil. Nō ego ęs alienū luxuria cō/
traxi. Cice. Patri perſuaſi vt ęs alienū filij diſſolue/
rent. Interdū cōgregare. Lactā. lib. ij. Ita conflauit
ex his oīnibus populū. Interdū cōficere/creare. Idē
lib. vij. Et quicqd eſt in hoc ope mūdi/cōflauit ac ꝑfe
cit ex nihilo. Uir. lib. j. g. Et curuę rigidū falces con/
flant̄ in enſem. i. cudunt̄/fabricant̄.

Conflages pe. ꝓdu. dicunt̄ loca in quę diuerſi cōfluunt
venti: a conflo as.

Conflatile pe. cor. qđ conflādo factū eſt. Hiero. ī Exo.
Fecerunt ſibi vitulū conflatilē.

Cōfinis pe. ꝓdu. qui ſimul finit. Un̄ cōfines agros di/
cimus: qui eodē loco finiunt. Uide in dictiōe Finis.

Confinium: idem quod confinis. Col. libro. iiij. Me/
diocritas in electione loci maxime probatur: qm̄ in
cōfinio boni maliqꝫ poſita eſt. Lactā. Ex quoꝝ confi/
nio naſus exoriens ęquali porrectus iugo: vtrāqꝫ aci
eīn ſimul ⁊ diſcernit ⁊ munit.

Confligo is. pe. ꝓdu. ango/pugno: cū dimicādo homi
nes ſeinuicem ſternunt. Sal. Optimū factu ratus in
tali re fortunā belli tentare ſtatuit cū antonio q̄ꝫ pri/
mū confligere. Hinc conflicto as. quod eſt frequēter
pugno/percutio/ſimul affligo. Cice. lib. ij. ad Heren.
Malo magno eſt hominibus auaricia: iccirco ꝙ ho/
mines magnis et multis incōmodis conflictant̄: id ē
concutiunt̄/cōcertant̄/vexant̄.

Conflictor deponēs. Teren. in And. Nā qui cū inge/
nijs conflictat̄ huiōi. i. atteritur.

Confluere: concurrere/conuenire: et proprie de riuis
dicitur: q̄ꝫuis ad alia transferatur. Apulei. Plęriqꝫ
qui ad mercatum confluxerant interuenere. Plau/
tus in Epi. Id ego experior cui multa in vnū conflu/
unt quę meū pectus pulſāt. Hinc confluus ⁊ conflu
uiū: vbi multi riui ſimul fluunt. Cōfluus a. um. quod
ſimul fluit.

Confluges penultima producta: loca ſunt in quę riui
diuerſi defluunt.

Conformare: quod eſt eiuſdem formę. Ambro. libro. j.
offi. Ut quod habes largiaris pauperi: et conſortem
et conformem tuū adiuues.. Per tranſlationem ſu/
mit̄ pro conuenienti et cōgruo. Unde conformo as.
conuenio/adapto: vt apud apoſtolū. Nolite confor
mari huic ſęculo.

Conforto as. et confortor paſſiuū. Hiero. lib. ij. Reg.
Conforta bellatores tuos aduerſus vrbem: vt deſtru
as eam: quod eſt/anima ⁊ accende. Et illud: Confor/
tare ⁊ eſto robuſtus.

Confundo: ꝑturbo: et oīnia in vnū miſceo. Aliqn̄ con/
fundere eſt terrere. Liui. lib. vj. Confuſam eā ex recē/
ti morſu animi cū pater forte vidiſſet.

Confuto tas. penul. correpta: ex con et futo: redarguo.
Unde confutatio ſignificat confundo: interdū/oppri/
mo/conuinco/conficio. Teren. in Phor. Cōfutauit
verbis admodū iratum patrē. Et eſt confutatio (vt
ait Cice. lib. j. ad Heren.) contrarioꝝ locoꝝ diſſolu
tio. Et ꝯfutare cōmouere. Titi. Coquus magnū ahe
nū quādo feruit paula cōfutat trua.

Congrus et conger: vtroqꝫ modo dicitur pro quodam
piſcis genere.

Cōgero is. penultima correp. congrego et coaceruo.
Tib. Diuitias alius fuluo ſibi congerat auro. Hinc
cōgeſtitius a. um. quod congeſtū eſt. Col. lib. ij. Non
deterius tamē etiam pinguibus arenis vel congeſti/
cia humo proueniunt.

Congius: menſurę genus capax ſex ſextarioꝝ: vt in/
quit Priſcianus. Et eſt pars amphorę. Congius eīn
cum deeſt: efficit quidē vt ne ſit iuſtę menſurę ampho
ra: ſed cum accedit et additur: nō ille vnus facit am/
phorā/ſed ſupplet.

Congiariū: munus imperatoriū ſiue donatio impera/
toria: vt ſcribit Sene. lib. iiij. de benefi. Hoc donaba
tur populus: ſicut donatiuo milites donabant̄. Sic
Pli. in panegyrico laudat Traianū/ꝙ congiariū po
pulo dediſſet quo locupletatę ſunt tribus: cū donati/
uū milites accepiſſent. Huiꝰ cōgiarij diuerſę fuer̄t ſū
mę. Tiberius eīn congiariū populo trecentos num
mos viritim dedit. Callicula ꝯgiariū populo bis de
dit tricenis ſeſtertijs. Nero quadragenos nummos
populo diuiſit. Eſt et cōgiarium menſurę genus: vt
apud Paulū iurecōſul. Quint. li. vj. Congiariū cō
mune eſt liberalitatis atqꝫ menſurę.

Cōglobo bas. pe. cor. a globꝰ fit: ſignificatqꝫ coaduno.
Hiero. lib. ij. Reg. Et ꝯglobati ī vnū cuneū ſteterūt
in ſūmitate tumuli. Hinc ꝯglobatim aduerbiū: qđ ſi/
gnificat ꝑ globos. Augꝰ lib. ꝯfeſ. Ipſa occurrebāt vn
diqꝫ aceruatim ⁊ cōglobatim cernenti.

Congredior: ſimul gradior. Uar. Omneſqꝫ in vnā do/
mū congreſſi ſimul diſcubuere. Ambro. lib. officioꝝ.
Qui ſapientibus congreditur/ſapiens erit. Et con/
gredi eſt ad obſiſtendū vel pugnandū vel diſputan/
dum ire. Gel. Qui ter cū hoſte congreſſus victor re/
dijt. Unde et cōgreſſus pro pugna. Salu. Multi eo
congreſſu perierunt.

Cōgruo is. grui. conuenio: tractū a gruibus: quę nō ſe
ſegregāt/ſiue cū volāt/ſiue cū paſcunt. Plau. ī Cur.
Sane illi inter ſe cōgruunt cōcorditer. Unde ꝯgruū
⁊ incongruū/ꝯgruens ⁊ incōgruēs. Lac. lib. ij. Eſt au
tē peruerſū ⁊ incōgruens/vt ſimulachꝝ hominis a ſi
mulachro dei colatur.

Conijcio cis. pe. cor. a con et iacio: multis accōmodat̄
ſignificationibꝰ. Ci. M. Celio. Sin ſe in intimū con
ijcere vellent: nō ſatis cōmode calciati et veſtiti id fa
cere poſſent. Itē ibi. Atqꝫ illo repentino hominū im
petu ſe in fugam conieciſſe. Sal. Ex eo numero com
plures. Q. Metellus celer prętor ex ſenatuſcōſulto
cauſa cognita in vincula coniecerat. Plautus ī Epi.
Orna te epidice: ⁊ palliolū tuum in collum ꝯijce. Te
rē. in heau. Nęcvbi aperuit oſtiū: ꝯtinuo hoc ſe ꝯie/
cit intro. Et ibi. Syre mi obſero ne me in lęticiā fru/
ſtra conijcias. Et in Phor. Hinc me conijcerem pro
tinus in pedes. In quibus ſignificatio eſt/quod ver/
nacula lingua dicimus butare. Interdū in hoc ver/
bo con auget: vt ſit conijcere ſimul vel omnes iace/
re. Liuius libro ſcđo. Clamore ſubito vndiqꝫ in vnū

hoſtem tela conijciunt. Ceſar libꝛo .j. Pꝛo vallo carros obiecerant: et e loco ſuperioꝛe in noſtros venientes tela conijciebant. Per tranſlationem ꝟo ſignificat interpꝛetari/cogitare/colligere/diuinare. Jccirco tum nō exigit accuſatiuū cū pꝛepoſitione/ ſed naturali contentum eſt: neqꝫ tamen a pꝛima ſignificatione alienum. Nam cum quis aliquid conijcit: id eſt ſimul iacit: cōfert que agenda ſunt: et ſic cogitat ⁊ colligit et interpꝛetatur: diuinatqꝫ quid agere debeat. Teren. in Phoꝛmi. Tu cōijcito cetera. Et in Eunu. Quid illud mali eſt/nequeo ſatis mirari/neqꝫ conijcere. Plautꝰ in Cur. Mane ſis dū huic cōijcio ſomniū. Pꝛo diuinare. Ci. poſuit lib. de diuin. Num igitur aut haruſpex aut augur/aut vates quis aut ſomnians melius cōiecerit/aut ex moꝛbo euaſuꝝ egrotū: aut ex periculo nauē/aut ex inſidijs exercitū: q̄ medicus/q̄ gubernatoꝛ/q̄ imperatoꝛ.

Cōiecto as. frequentatiuū: exiſtimo/iudico. Terē. i Eunu. Neqꝫ ſcio quid dicā/aut q̇d coniectē.

Coniectoꝛ: interpꝛes ſomnioꝝ et omnium a cōiectura: hoc eſt directione quadam rationis ad veritatē. Cice. Defert ad cōiectoꝛem quidā ſomniaſſe ſe ouū pēdere ex faſcia lecti cubicularis. Hiero. in ꝓlo. lib. Regū. Jnterroga quemlibet Hebꝛeoꝛū cui magis debeas accōmodare fidem. Et ſi noſtra firmauerit: puto ꝙ eum nō eſtimes coniectoꝛem: vt in eodem loco ſimiliter diuinaret.

Coniectus us. directio quedā rationis ad veritatem a quo dicta eſt coniectura.

Coniectura: conijciendi actus: ⁊ eſt idem qđ quis per rationem/et ſigna/⁊ tempoꝛa/⁊ huiuſmodi conijcit: id eſt cogitat et colligit. Ci. Coꝛnifi. Quantū copiarū haberes: tū ipſe coniectura cōſequi poterā: tū ex litteris tuis cognoui.

Cōiecturale adiectiuū: quod per coniecturam colligitur et ꝓponitur. Cice. libꝛo .j. ad Heren. Coniecturalis eſt/cū de facto controuerſia eſt. Hoc modo Aiax in ſilua/poſtqꝫ reſciuit que feciſſet: per inſaniam gladio occubuit: Vlyſſes interuenit: occiſum cōſpicatur coꝛpoꝛe telum cruentū. Teucer interuenit cum fratrem occiſum inimicum fratris cum gladio cruento videt capitis arceſſit. Hic quoniam coniectura verū queritur/de facto erit ꝯtrouerſia: ⁊ ex eo ꝯſtitutio cōiecturalis nominatur.

Coniectariū: efficax atqꝫ perfectū. Cice. Jllud ꝟo mihimet coniectarium.

Coniū: genus herbe noxiū que cū tritico naſcitur. Ambꝛo. Cū tritico coniū quid inter alimēta vite noxiū reperit: ⁊ niſi pꝛeſſum fuerit/cōſueuit ſaluti nocere. Et paulopoſt. Sturni veſcunt̄ conio: qm̄ q̄liter ſui coꝛpoꝛis venenū ſucci letalis euadunt.

Cōiugo as. pe. coꝛ. ſimul iugo: quaſi in vnū iugū iūgo. Vnde coniugatio in verbis dicta eſt apud grāmaticos: ꝙ ſibi ad vnum ſonū multa cōiūgat: ⁊ quaſi vno iugo aſtringat. Cice. in Cato. ꝓpꝛie dixit. Adminiculoꝝ oꝛdines capitum cōiugatio/et religatio et ꝓpagatio vitiū ſarmentoꝝ. Cōiugata apud rhetoꝛes ſūt que ab vno genere veluti iugo flectunt̄: vt a iuſticia iuſtus iuſta iuſtū. Hinc locū a coniugatis dicimus/cum ita argumentamur. Si riſus gaudiū eſt: ergo et ridere gaudere.

Coniunx ſm̄ Priſcianū: et cōiux ſine n ſm̄ Phocam: a cōiugo gas. abiecta go ſyllaba/⁊ addita x. Jugum em̄ inſtrumentū eſt quo boues iugant̄. i. iunguntur. Vn̄ iugari dicimus: qui maritali iugo inſtar boū colla ſubijciunt. Hoꝛa. Diua ꝓducas ſobolē patrumqꝫ pꝛoſperes Decreta: ſuper iugandis feminis pꝛoliſqꝫ noue feraci lege merita. Federa q̄qꝫ matrimonij vincula iugalia dicunt̄.

Cōiugiū: matrimoniū. Virgiliꝰ. Cōiugio iungam ſtabili ꝓpꝛiamqꝫ dicabo. Alij cōnubio legunt.

Cōiungo is. xi. ctū. copulo: tractū a iugo. Jnde ꝯiūctura/cōiunctio: cōiunctiuꝰ a. um. et cōiunctum.

Cōiuro ras. penult̄. ꝓdu. quaſi cōtra iuro: frequenter in malū dicitur/ſicut et cōſpiro. Salu. Sed ante cōiurauere pauci: in quibus Catilina fuerat. Terent̄. Que eſt hec cōiuratio: vt omēs mulieres eadē eque ſtudeant? Jn bonū cū honeſta cauſa fit. Vnde Mutius Sceuola. Trecenti inquit cōiurauimus pꝛincipes iuuentutis romane: vt in te hac via graſſaremur. Hoꝛa. Cōiurat amice.

Cōniueo es. et conniuo is iui. vel xi. ctum. Conniuere eſt oculos genis integere. Pliniꝰ lib. xj. Grauioꝛes alitum inferioꝛe gena cōniuent. Jdē. Columbe et ſimilia vtraqꝫ gena cōniuent. Trāſfertur etiā ad alia. Gel. libꝛo. xv: dixit/Cōniuere caua ventris et ſtomachi: pꝛo ſtipari/claudi et cōtrahi. Hinc cōniuere quaſi ꝑ tranſire et nō videre ponitur quandoqꝫ. Cice. in Phil. Quibuſdam in rebus etiam conniueo. Jdem pꝛo Celio. Pꝛoh dij immoꝛtales cur interdū conniuetis in hominum ſceleribus maximis? Sue. in Ceſa. Delicta neqꝫ obſeruabat omnia: neqꝫ ꝓ modo exequebatur: ſed deſertoꝛū ac ſeditioſoꝛum inquiſitoꝛ ac punitoꝛ acerrimus cōniuebat in ceteris: id eſt reliqua vitia oculis veluti clauſis pꝛeteribat tanqꝫ diſſimulanter illa contueretur. Habet hoc verbū ni ſyllabam pꝛoductam. Silius. Cōniuent ſolemqꝫ pauēt dependere viſu.

Connubium: ius legitimi matrimonij: a nubo: cuiꝰ pꝛima pꝛoducitur. Cū in connubio quandoqꝫ ꝓpter metri neceſſitatem coꝛripiat̄. Virgiliꝰ. Connubio iungā ſtabili. Eſt enim Siſtole.

Conon: nomen ꝓpꝛium athenienſis ducis: qui lacedemonios ꝓfligauit: ⁊ Athenas in pꝛiſtinā libertatē reſtituit. Fuit et alius Conō Samius aſtrologus: de quo. Pꝛoper. Me creat archite ſoboles babyloniꝰ oꝛops Hoꝛon et a ꝓauo ducta conone domus.

Conopeum cum e diphthō. tentoꝛiū ſeu velum et papilio ille lineus vel laneus ſeu bombycinus: qui toro circūdatur ad arcendū culices: quo maxime vtuntur Alexandrini: ꝙ ex Nilo culices confluant: quos greci κορωπὰσ dicūt. Pꝛoper. lib. iij. Fedaqꝫ tarpeio conopeo tendere ſaxo. Suidas. κωρωπη πολισκαι κωρο‡θηλικωσ παρια αρσιυφαρει/ερ πλουσω ειδοσ μυιασ.

Conquiniſco is. cōquexi: caput inclino: vide in dictiōe Oquiniſco.

Conſalutare: eſt vltro citroqꝫ ſalutationē dare. Ci. lib. ij. de oꝛa. Qui cū inter ſe vt ipſoꝛū vſus ferebat amiciſſime cōſalutaſſent.

Cōſāguinei dicunt̄ q̇ ſanguine inter ſe cōnexi ſunt.

Conſcius ꝓpꝛie qui rem ſcit. Cice. M. Rutilio. Cū et mihi cōſcius eſſem/quanti te facerē. Nonius tamen de verboꝛū differentijs ait: Scius ſecū: cōſcius cum alio ſcius eſt. Licet cōſciū indifferēter legamus. Salu. Populares cōſcios ſceleris ſui.

Cōſcientia: ſcientia. Cice. Nulla re tā letari ſoleo/qꝫ officioꝝ meoꝝ cōſcientia.

Cōſciſco is. conſentio: ſiue ſciens cōſentienſqꝫ infero. Cicero Mario. Moꝛtem mihi cur conſciſcerē: cauſa nō eſt viſa/cur optarem multe. Aliquando conſciſcere eſt propter cōſenſus ſiue conſcie effectum conſtituere aut decernere. Liuius libꝛo pꝛimo. Cenſuit/cōſenſit/ꝯſciuit: vt bellū cū pꝛiſcis latinis fieret. Nec mirum. Scio em̄ ſiue ſciſco decerno ſignificat. Plautus in Cur. Rogationes plurimas pꝛopter vos populus ſciuit: quas vos rogatas rumpitis. Cicero libꝛo. iij. officioꝝ. Durius etiam Athenienſes ſciuerūt vt eginitis: qui claſſe valebāt pollices pꝛeſcinderent. Hinc ſcitū: ſtatutū ſiue decretū. Liuius libꝛo ꝑmo.

r propriamqꝫ dica

Cetera quoqꝫ om̄ia publica priuataqꝫ ſacra pontifi/
cis ſcitis ſubiecit. Inde plebiſcitum: plebis decretū.
Cicero libro.j. ad Herenniū. In rem cōfertur/ vt ſi
quis ex teſtamento quod facere iuſſus eſt ex plebiſci/
to vetetur. Per tranſlationē cōſciſcere ponitur pro
cōtrahere. Columel. libro.ix. Diligenſqꝫ paſtor ſta/
bulum quotidie conuerrit: nec patitur ſtercus humo
rem conſciſcere lutumve capris inimica. Sciendum
eſt ꝙ conſciſco/ aſciſco/ deſciſco/ preſciſco et reſciſco:
faciunt preterita in iui/ ſicut eorum primitiua: vt Pri
ſcianus quoqꝫ de aſciſco et deſciſco ſentire videtur.
Et conſcio quidē deſcio et reſcio raro ſunt in vſu: ſed
magis conſciſco/ deſciſco et reſciſco. Aſſcio ⁊ preſcio
inueniuntur: quibus aſſcio nō ita frequenter ſicut pre/
ſcio: aſciſco et preſciſco: licet magis aſciſco qꝫ preſci/
ſco: eo ꝙ aſſcio minus in vſu ſit: preſcio ꝟo magis.
Cum ergo conſciſco/ deſciſco et reſciſco vſurpentur:
nō mirum eſt ſi conſcio/ deſcio/ et reſcio obſoluerint:
quoniā fere ſuperfluum eſſet in eadem ſignificatio/
ne vtraqꝫ haberi. Ediuerſo autem ſcio ſepiſſime repe
ritur/ et nō ſciſco. Apud Plautū tamen legitur ſci/
ſcam in Ampby. Ocius accurro: vt ſciſcam quid ve/
lit. Preſcio in vſu eſt/ preſciſco minus. Virgilius li/
bro quarto Georgico. Cōtinuo animos vulgi ⁊ tre/
pidantia bello Corda licet longe preſciſcere. Aſcio
apud Columel. in prefatione. Et pecoribus paran/
dis conſeruandiſqꝫ quando et hanc aſcimus/ quaſi
agriculture partem.

Conſcribo/ vide in dictione Scribo. Inde conſcripti:
qui i ſenatu ſcriptis annotati erant: qui per inopiam
ſenatorum ex equeſtri ordine in ſenatorum numerū
recipiebantur. Liuius libro.ij. Deinde quo plus vi/
riū in ſenatu frequentia etiā ordinis faceret cedibus
regis diminutū patrum numerū primoribus eque/
ſtris gradus lectis ad trecentoꝝ ſūmā expleuit. Tra
ditū inde fertur/ vt in ſenatū vocarentur qui patres/
quiqꝫ conſcripti eſſent: conſcriptos videlicet in nouū
ſenatū appellabant lectos.

Cōſecro as. penul. correp. vide in dictione Sacro as.
Ci. lib. ij. Tuſ. Quaſi addicti ⁊ ꝯſecrati. Hos Ter/
tul. vocat ꝯſecraneos. Sidonius Cōſecraneos q̄ cō/
ſecrati ſunt/ ⁊ quaſi mancipati vni ſecte.

Conſecraneū: quod eſt conſecratū vocabulū fere in ca
ſtris repertū: qualia ſunt conterraneū/ cōmilitaneū/
militaneū/ ſuffarraneū/ limitaneū. Julius Capitoli/
nus in contione quadā Maximini ceſaris. Cōmilito
nes inq̄t ſacrati/ imo ꝟo conſecranei. Alio loco. Nul
lā ciuitatē eque militaneū eſſe dixit.

Conſentio ꝯſentis/ et conſentaneus nea. neū. Quere i
dictione Sentio.

Cōſentia ſacra: que ex ꝯſenſu multoꝝ ſunt ſtatuta.

Conſequor penul. correpta/ īmediate ſequor. Virgiliꝰ
libro. v. Quam deinde Cloanthus conſequit̄. Gelli/
us lib. ij. Vter dies natalis haberi appellariqꝫ debe/
at is in quem nox ea conſecuta eſt: an qui dies noctē
cōſecutus eſt. Et conſequi obtinere/ adipiſci. Cice. in
Verrinis actione prima. Quod ego meo labore et
vigilijs conſecutus ſum. Itē exprimere. Idē Ceſari
iuniori. Extrema ꝟo quanta et qualia ſint: verbis cō/
ſequi nō poſſum.

Cōſequentia eſt que ex p̄cedentibus infert̄.

Conſector: in totum vel ſepe ſequor. Lactāti. libro. iiij.
Queras ab his quid ſibi velint: cum feminas tā rabi
de ꝯſectant̄: vt vix diuelli queant.

Cōſectaneus accipit̄ ꝓ eo qui in eadē hereſi eſt.

Conſero ſeris. penultima correpta: cōſerui cōſertum:
ſimul miſceo. Lactan. libro quinto. Tum inter ſe ma
nus cōſerere ceperunt: et inſidiari: et gloriam ſibi ex
humano ſanguine cōparare. Vnde milites conſerti
dicuntur dū pugnant.

Conſero ꝯſeris penultima correpta: conſeui conſitum
ſimul ſero: dum pro planto ſeu ſemino ponitur. Vir/
gilius. En quis conſeuimus agros? Lactanti. lib. ij.
Quē in partibus orientis omni genere ligni arborū
qꝫ conſeuit. Col. libro. ij. Celerius etiam ſi eodē tem/
pore ſtercores et lupino vel faba conſeras. Inde cō/
ſitio. Ci. in Catone. Nec conſitiones modo delectāt
ſed etiā inſitiones.

Conſido ſidis. penultima produ. ſignificat me cū alijs
ad ſedendum ſeu ad habitandum colloco. Liuius li/
bro primo. Conſederant vtrimqꝫ pro caſtris duo ex/
ercitꝰ periculi magis preſentis qꝫ cure expertes. Col.
libro octauo. Neqꝫ aut recubet/ aut conſidat: id eſt
ponat ſe ad ſedendū. Hierony. Nec in mentem eius
cogitatio incidit: nullum vltra ſe monachorū in gre/
mo conſediſſe.

Cōſeſſus nō eſt cōſeſſio/ ſed homines in vno loco ſedē/
tes: ſicut cōuentus nō eſt cōuentio/ ſed homines qui
in vnum locū conueniunt.

Conſidero as. a ſiderū ꝯtemplatione dictū eſt.

Cōſideratus dicit̄ qui agenda ꝯſiderat.

Conſiderate: cū cōſideratione.

Conſilio is. conſilui vel conſiliui conſultū: ſimul ſalio.
Vnde Conſulto tas. frequentatiuū.

Conſilium (vt inquit Ci. libro. ij. artis veteris) eſt ali/
quid faciendi nō faciendive ratio excogitata. Et con
ſiliū eſt quod conſiliarius prebet. Quandoqꝫ conſi
lium ſumitur pro iudicibus deputatis. Ci. pro Ro/
ſcio. Qui ex ciuitate in ſenatum propter dignitatem/
ex ſenatu in hoc conſilium delecti eſtis propter ſecu/
ritatē. Et infra. Dij prohibeant iudices: vt hoc quod
maiores conſilium publicum vocari voluerunt/ pre/
ſidium ſectorum exiſtimetur. Dictum conſilium (vt
quidam putant) a con et ſileo: ꝙ vno conſulente cete
ri conſileant. Vel a concilio: vt ſit conſiliū quaſi con
cilium. Sed magis a conſilio fieri exiſtimo: quod ex
con et ſalio componit̄: eo ꝙ in vnam ſententiā pluri/
um mentes conſiliant et conueniant. Vt em̄ exilium
ab exilio is. ita conſiliū a conſilio deſcendit. Conſili/
um dare eſt ſuadere. Quintil. Cū Ciceroni dabimus
cōſiliū vt Antonium roget.

Conſiliarius: qui conſiliū prebet.

Conſilior aris. conſiliū capio. Pſal. Accipere animā
meā conſiliati ſunt.

Conſulo lis. cōſului cōſultum/ penultima correpta: cū
accuſatiuo ſignificat conſilium peto: vt cōſului do/
ctos: id eſt a doctis conſiliū petū. Quintilianꝰ. Ego
aures conſulens meas. Poteſt etiam in hac ſignifi/
catione habere duos accuſatiuos: vt Conſulo te bo/
num cōſiliū. Et aliquando genitiuū cum accuſatiuo.
Macrobiꝰ. Cōſulo te boni. Aliquādo genitiuū ſine
accuſatiuo. Plinius lib. xxxiij. Querebat argentum
auaricia. Boni cōſuluit interim inueniſſe minimū: ru/
bentiſqꝫ terre excogitauit vſum. Cum datiuo neu/
trum eſt: et ſignificat conſilium do: vt Medicus cō/
ſuluit mihi. Interdū ꝓuideo/ ꝓſpicio/ et preſidium
fero. Sed hoc ſepius in rebus inanimatis fit: vt Cō/
ſule honori tuo. Cōſule rebꝰ tuis. Cōſule ſaluti tue:
id eſt ꝓuide. Cicero. Conſuli quidem te a ceſare ſcri/
bis: ſed ego tibi ab illo cōſuli mallem. Hoc eſt. Mal
lem ꝙ ceſar ꝓuideret tibi/ qꝫ te interrogaret. Ambro.
Nec inuerecunda petitio: que nō ſibi ſed liberis cō/
ſulebat. Aliquando poſt datiuū iungimus accuſati/
uum: vt Conſulo tibi cōmodum tuum. Hoc eſt: Do
tibi conſilium/ quod ſit futurū cōmodum. Quando/
qꝫ accuſatiuū cum in. pro contra. Terentius. Peſſi/
me iſtuc in te atqꝫ illum conſulis. Interdum cōſulere
eſt deliberare: ſed in plurali tm̄ et abſolute: vt Con/
ſulunt ſenatores: id eſt deliberant. Huius verbi cō/
poſitum eſt percōſulo: quod eſt optime ꝯſulo. Terē.

in Phormi. Adeon rem rediſſe: vt qui mihi perconſultũ optime velit eſſe.

Conſulto tas. conſiliũ frequenter capio/vel conſilium frequenter do/ſiue frequẽter delibero. Sal. Delecti quibꝰ corpꝰ animis firmũ ingeniũ ſapientia validum erat reipub. ꝯſultabãt. Liui. li. j. ad hec ꝯſultãda.

Cõſultor: qui aliũ conſulit: id eſt qui conſilium ab aliꝭ inquirit. Cic. ꝓ Cornelio Balbo. Et eũ ſi. Q. Sceuola ille augur cũ de iure pretorio conſuleretur. Juriſconſultiſſimus conſultores ſuos nõnunqꝫ ad Furium et Camillum reijciebat. Jdem ꝓ Murena. Uigilas tu de nocte vt cõſultoribꝰ tuis reſpõdeas. Accipitur quandoqꝫ ꝓ eo qui alij conſulit: vt apud Saluſt. in Jugurth. Simul ab eo petijt vt fautor cõſultorqꝫ ſibi adſit. Et in illo verbo ꝓuerbiali. Cõſilium malũ conſultori peſſimũ eſt.

Conſultus quando participiũ eſt: ſignificat eum q̃ cõſulitur: hoc eſt: a quo conſiliũ petitur: vt Medicus cõſultus dixit te febribus laborare. Quãdoqꝫ nomen eſt: et ponitur ꝓ prudenti atqꝫ ſapienti. Ouidius lib. j. de arte amandi. Sit tibi credibilis ſermo conſultaqꝫ verba: id eſt prudentia ac ſapientię plena. Eſt autẽ nomen duobus modis. ſ. cũ per ſe ponit̃. Horacius. Eris tu qui mõ miles Mercator tu cõſultus mõ ruſticus. Uel quando habet genitiuũ. Liuius libro decimo. Callidos ſolerteſqꝫ iuris atqꝫ eloquẽtię conſultos. Hinc dicimus cõſultus iuris/⁊ iuris conſultior/et cõſultiſſimus. Jdẽ libro primo. Cõſultiſſimꝰ iuris vt illa quiſqꝫ ętate eſſe poterat. Augꝰ. Quãto cõſultius reges/nõ ſicut Herodes interficere quęrunt: ſed ſicut magi potius adorare. Sic incõſultus poteſt eſſe participiũ ⁊ nomen.

Conſultus conſultus/et conſultum pro re quę conſulitur. Horacius in Epiſtolis. Qui conſulta patrũ: qui leges iuraqꝫ ſeruat. Et conſultum: decretũ/ſtatutum: quod aliquando reſoluitur in infinitiuũ: vt illud Saluſtij. Nam et priuſqꝫ incipias conſulto: et poſtqꝫ cõſulueris/ mature facto opus eſt: id eſt conſulere/ſiue vt conſulas.

Conſulto aduerbiũ: id eſt deliberate.

Conſus: conſiliorꝫ deus putabat̃: qui ideo templũ ſub tecto i circo habebat: vt oñderet̃ tectũ eſſe debere cõſiliũ. Hinc conſualia feſta: quę fiebant in honorẽ Cõſi. Liuius lib. j. Ludos ex induſtria parat Neptuno equeſtri ſolẽnes conſualia vocant.

Conſul. lis. a conſulẽdo: ꝙ cõſuleret populũ et ſenatũ. Nam ex hoc ꝯſulere veteres vocauerunt. Unde adhuc remanet illud: Rogati bonũ conſulitis: id eſt iudicatis. Poteſt etiã dici cõſul a cõſilio conſilis/ſicut exul ab exilio/et pręſul a pręſilio: mutatione i in u: vt in Jnſulto/exulto ⁊ reſulto patet. Conſulo autẽ a cõſul. Nec obſtat ꝙ cõſul a ꝯſulendo dicat̃: qm̃ ideo cõſul creabatur vt conſuleret: vtpote qui conſilium haberet in ſe pręcipuũ. Prius enim homo is exigitur qui cõſulat/qꝫ actus conſulendi fiat. Non ergo a cõſulendo nominatus eſt cõſul/qꝛ a conſulo deriuetur: ſed ꝙ ab ipſo conſule verbum conſulo exercetur. Et ideo ab ipſo qui conſulit deriuari cõſulo ęquiſſimũ ẽ. Uar. Conſul nominatus quia conſuleret populũ et ſenatũ. Et eſt conſul qui magiſtratũ gerit. Procõſul/qui cũ poteſtate extraordinaria ad aliquam prouinciam adminiſtrandã mittitur.

Conſulatus tus. officiũ vel dignitas: ſiue tempus quo conſul in officio eſt.

Conſularis vir: qui cõſulatũ geſſit: vel qui conſulari dignitate dignus eſt. Cic. Lentulo Qu. Maximo: qui filiũ conſularem amiſit.

Conſiſto is. cõſtiti: cõſtanter et audacter ſto: firmor: qđ eſt audacis ⁊ robuſti hoĩs. Plau. i Cur. Nec vobis quiſqꝫ in foro frugi conſiſtere audet: id eſt ſe firmare. Liuiꝰ li. j. Cũ inſtructę acies conſtitiſſent. Jtẽ erigor. Uirg. Conſtitit in digitos.

Conſiſtoriũ: locus in quo conſultandi gratia homines conſiſtunt. Poteſt etiam poni ꝓ conſiſtentium multitudine. Jdem conſiſtoria dicuntur archiua ceſarea et imperatoris palatinę domus: quę etiam vocant̃ auguſtalia. Unde conſiſtoriani ab Ambroſio dicunt̃: qui ſenatorij ordinis/vel ampliſſimi ſunt: qui ad principale conſilium eligebantur: ⁊ Suidas κωνσιστοριον παρα ρωμαιοισ ουτω λεγεται το συνεδριον και το συστημα ενθα περι των επειγοντων βουλευονται.

Conſolida: herba eſt quę et conſerua et coagulũ dicit̃: et grece ſtrygnon.

Conſobrini: qui ex duabus ſororibus ſunt editi: quaſi conſororini. Amitini: qui queve ex ſorore ⁊ fratre ꝓpagantur. Sed fere vulgus omnes iſtos communi appellatione conſobrinos vocat. Jtem qui ex fratribus patruelibus aut conſobrinis propagantur/ vel amitinis conſobrini vocantur: patrueles/ qui ex fratribus nati ſunt.

Conſolor penul. ꝓ. ſolatiũ pręſto: ⁊ ꝓprie verbis fit cõſolatio. Cice. Sulpi. Dices quid me iſta res conſolatur: in tãtis tenebris et quaſi ꝑpetuis reipublicę. Eſt omnino vix ꝯſolabilis dolor: Jnuenit̃ et in ſignificatione paſſiua. Aſinius. Sed cũ ob ea quę ſperaueram dolebã/cõſolabar ob ea quę timui. Hinc cõſolatorꝰ ria riũ: vt Epiſtola ꝯſolatoria.

Conſono penult. correp. ſimul ſono. Uar. de apibus. Cũ iam euolaturę ſunt: aut etiam incęperunt/ꝯſonãt vehementer: perinde vt milites faciunt cũ caſtra mouent. Jnde cõſonantes dictę ſunt ꝙ cũ vocalibus ſonent nõ per ſe. Per tranſlationẽ conſonare ſignificat cõcordare. Hierony. ad Aſellam. Anteqꝫ domũ ſanctę Paulę noſcerem: totius in me vrbis ſtudia cõſonabant: omniũ pene iudiccio dignus ſũmo ſacerdotio decernebãt. Hinc ꝯſonantia vocum concordãtia quę grece euphonia dicitur.

Conſors eiuſdẽ ſortis: id eſt conditionis ⁊ fortunę ⁊ q̃litatis in omĩ negocio. Sappho ad phaonẽ. Nõ tm̃ alceus cõſors patrięqꝫ lyręqꝫ Laudis habet. Cõſors etiã dicit̃ qui tantundẽ ſortis attulit ad ſocietatẽ mercaturę/q̃ntũ ille cum quo ſocietas eſt.

Conſortium: ipſa ſocietas: quę et cõſortio onis. Unde Liui. lib. vj. Quęnã iſta ſocietas/q̃nã conſortio eſt.

Cõſpicio cis. penul. corre. video. Unde conſpectus ꝓ aſpectu. Uirgil. Uix e conſpectu ſiculę telluris in altum Uela dabant leti.

Conſpico as. penul. ꝓduc. et conſpicor deponẽs: a con et ſpico vel ſpicor componitur. Spicor autem a ſpica vel a ſpiculis. Unde ⁊ deſpico cor. inſpico cor. perſpico cor. ſuſpico cor. Eſt autem cõſpicari conſpicere/ſeu in conſpectu habere. Terent. in Eunu. Cur te ego in his conſpicor regionibus. Sal. in Jug. Cum interea Metellus monte digrediens conſpicat̃ primo dubiꝰ quidnã inſolita facies oſtenderet. Jn ſpico ꝓtulit. Uirgiliꝰ lib. ij. Georgic. Peruigilat: ferroqꝫ faces inſpicat acuto. Nec Priſcianum audiendũ puto: qui vult hęc verba a Spicio fieri: quia ſi a Spicio eſſent: nõ conſpicor ſed conſpicior faceret. Sicut conſternor et aſpernor a ſterno ⁊ a ſperno ſm̃ analogiã: licet coniugationem mutent. Aſcen. Nihil tamen cõſpicor ꝓ conſpicio cõmune habet cum ſpica: pręſertim cum ſecundam corripiat: licet inſpico pro acuo a ſpica eam producat.

Conſpicuus a. um. a conſpicor/ſicut perſpicuus a perſpicor: mõ ſignificat ſagacem/ perſpicacem/ acutum. Quintilianꝰ. Conſpicuus: ſagax/callidus: mõ clarꝰ ⁊ qui ab omnibꝰ conſpicit̃. Unde Mar. Conſpicuum amphitheatrum appellat.

Cõſpicilia: dicunt̃ que ocularia vulgo vocant̃. Plau. Vitrũ cedo: neceſſe eſt ꝯſpicilio vti.

Conſpiro penult̃. ꝓduc. ſimul ſpiro: ſicut conflo ꝓprie ſumitur. Gell. lib. j. Sed enim acheos Homer⁹ pugnã indipiſci ait: nõ fidicularũ tybiarumqꝫ concentu conſpiratam. Col. lib. iiij. Celeſtes admittat imbres eoſqꝫ alendis ſeminibus diſpenſet: ac ſuis omnibus partibus ad educandã prolẽ nouam conſpiret. Per tranſlationem conſpirare ſumitur ꝓ ꝯiurare. Unde conſpiratio que et in bonũ et in malũ capitur. In bonum Cice. pro ligario fratrum conſpirationem dixit quaſi vnanimitatẽ. Idem lib. ij. offic. Magnas vtilitates adipiſcimur conſpiratione hominũ atqꝫ conſenſu. Et ꝓ domo ſua. Hanc noſtrã conſpirationẽ in republica bene gerenda certi homines fictis ſermonibus dirimerunt. Plini⁹ in epiſtolis. Proinde conſpirate conſentite: maioremqꝫ animũ ex meo ſumite. Col. lib. xij. Nihil quod aut maritus aut femina proprium eſſe iuris ſui diceret: ſed in cõmune conſpirabat̃ ab vtroqꝫ in malum.

Cõſpondeo es. quere in dictione Spõdeo.

Conſterno as. aui. atũ. ſignificat deijcio. Sal. Qua victoria elati hoſtes noſtri territi atqꝫ animis ꝯſternati diſceſſere. Idẽ. Et qui ſine rectoribus exterriti aut ſaucij ꝯſternant̃. Inde ꝯſternatio: que eſt concitatio quedã ſubita ex aliquo metu. Et a ſternutamento deduci videt̃: ꝙ eo toto cõcutimur corpore.

Cõſterno is. ꝯſtraui ꝛ ꝯſternui diuerſũ eſt: et ſignificat impleo. Virgil. It ſtridor ꝛ alte Conſternũt terram concuſſo ſtipite frondes. Et cõſternere eſt ſilicare/et pauimentũ ſupra facere. Col. li. j. Area ſi cõpetit ita ꝯſtituenda eſt: vt vel a dño vel certe a ꝓcuratore deſpici poſſit: eaqꝫ optima eſt ſcilicet cõſtrata: ꝙ ꝛ celeriter frumenta deterunt̃: nõ cedente ſolo pulſib⁹ vngulaꝝ/tribulaꝝ/ ꝛ eadem euentilata mũdiora ſunt: lapilliſqꝫ carent ꝛ glebulis.

Conſtituo: diſpono. Virgili⁹. Qui teneant (nam inculta videt) homineſne ferẽne Querere conſtituit. Locum ſiue tempus determino. Cice. Mario. Quare ſi quid cõſtitutum cum podagra habes: fac vt in aliũ differas diem. Quandoqꝫ ſignificat conuenio et pactum facio. Teren. in Hecy. Nã conſtitui cum quodã hoſpite me eſſe illũ conuenturã. Quãdoqꝫ formo ꝛ quaſi bonã diſpoſitionẽ infundo. Unde Cice. li. ij. Tuſ. Metrodorus cũ perfecte putat beatũ: cui corpus bene conſtitutũ ſit: ꝛ exploratũ id ita ſemper fore: quod medici recentiores barbare dicunt bene cõplexionatum. Et conſtitutio corporis dicit̃ ipſa cõplexio. Conſtitutio etiam quandoqꝫ dicitur ſtatus: que in cauſis potentiſſima eſt: cũ ſit prima cauſarũ conflictio. Vide in dictione Status. Aliquãdo conſtituere eſt gubernare/moderari. Cic. Ineuntis eñi etatis inſcitia/ſenum conſtituenda et regenda eſt prudẽtia. Interdum inſtituere/decernere: a quo cõſtitutiones decreta dicunt̃. Nõnunqꝫ parare. Cicero. Tametſi erat ignarus: quantũ ſibi/ac liberis ſuis iam tũ mali conſtitueretur.

Cõſtitutus a. um. participiũ: conſtitut⁹ tus. nomẽ: quo hoim conſiſtentiũ multitudo ſignificat̃.

Conſto as. conſtiti conſtitũ et conſtatum. Luca. libro ij. Cõſtatura fides ſupeꝝ. Marti. Cõſtatuta fuit megalenſis purpura centũ. Eſt autẽ cõſtare cõſtanter ꝑmanere/perſeuerare/ratũ habere. Cice. Qua in ſententia ſi cõſtare voluiſſent: ſuã auctoritatem cũ ſalute recuperaſſent. Idem libro primo Tuſcu. Et ſi tibi quidem conſtare vis omnes quicunqꝫ nati ſunt erunt ve: nõ ſolũ miſeri/ſed etiam ſemper miſeri. Hoc eſt: Si hanc ſententiã ꝙ mors malũ ſit firmã ratãqꝫ habere vis. Dicimus etiam: cõſtat pedibus: cõſtat animo ꝓ firmat. Virgilius. Et paribus Cyllenius alis cõſtitit. Interdũ conſtare/valere: et paſſiue ſumitur pro empto aut vendito. Plini⁹ libro. xxxiij. Et omnibus pene annis mutari ꝓut nauigationes conſtiterint: aut vt quiſqꝫ mercatus ſit: aut aliquis preualens manceps annonam flagellet. Cicero. Quid mihi cõſtat charius ꝙ̃ ſi in foro emiſſem. Interdum ſtare cõſiſtere. Idem libro primo Tuſcul. Animus qui ſi eſt hoꝝ quattuor generũ/ vnde omnia conſtare dicunt̃. Interdum compoſitũ eſſe. Idẽ. Ut hec elementa ex quibus oĩa cõſtant. Interdũ ſimul ſtare. Silen. libro. iiii hiſtoriaꝝ. Multitudinẽ procul hoſtiũ cõſtare viderunt. Interdum ſuppeditare. Iuuena. Quis feret vxorem cui cõſtent omnia. In tercia perſona ſumitur pro manifeſtũ eſt. Cicero libro ſecũdo ad Ceſa. iuniorem. Cũ conſtet lupercis id vectigal dediſſe qui ante poterat id conſtare. Rurſus pro conuenit. vt dicitur eſſe concordes: vt Hoc mihi tecũ conſtat: id eſt conuenio tecum in hoc et aſſentior tibi. Cicero libro. i. ad Heren. Adhuc que dicta ſunt arbitror mihi conſtare cum ceteris artis ſcriptoribus. Rationẽ conſtare ſignificat equam legittimãqꝫ rationem/ aut oſtendi/aut apparere oſtendi poſſe. Ulpi. Plane ſi defendendi gratia aliquid fecerit: rationem ei conſtare oportet: id eſt rationem eũ iuſtã aut oſtendere/aut facile poſſe oſtendere. A conſto quantũ ad primã ſignificationẽ fit cõſtans ꝓ eo qui firmus eſt et tenax ꝓpoſiti: a quo cõſtantia et cõſtanter: quibus contraria ſunt inconſtans/ inconſtantia et inconſtanter. Unde Cicero libro tertio ad Herenniũ. Inconſtanti geſtu teſtimoniorum inconſtantiam et incõſtanter locutũ eſſe dixit.

Conſtruere: ſimul ſtruere/ordinare/fabricare. Cice. in Cato. Ut nauẽ aut edificiũ idẽ deſtruit facillime qui cõſtruxit: ſic hominẽ eadẽ optime quem conglutinauit natura diſſoluit.

Conſueſco is. eui. et conſuetus ſum: etiã in bono et in malo dicitur. In bono/cũ familiaritatẽ et conuerſationem quãpiã cũ aliquo habere ſignificat: vt ſit cõſueſcere ſimul ſueſcere: id eſt ſimul cõuerſari. Plaut⁹ in Aſi. Bene ſalutando cõſueſcũt cõpellando blãditer. Terent̃. in Adelph. Quid illi tandẽ credis fore animi miſero: qui cũ illa cõſueuit: id eſt cõuerſat⁹ eſt. In malo cũ de re venerea dicit̃. Idẽ in Phor. Cum eius conſueuit olim matre in Lemno clanculũ: id eſt coiuit. Similiter cõſuetudo de familiaritate et de re venerea dicit̃: vt apud eundẽ in Phormi. Dum expecto quoad veniat qui hanc mihi adimat conſuetudinẽ. Et ꝯſueſcere eſt accipere in cõſuetudinẽ. Col. lib. ij. Iumentis prebeas medicã: ſed inter initia parcius dũ cõſueſcant: ne nouitas pabuli noceat. Item ꝯſueſcere eſt viuere. Col. li. ix. Nec magis humo ꝙ̃ ſtagno ꝯſueuerunt.

Cõſuo is. ſimul ſuo/cõpono/cõiungo. Plaut⁹ in Am. Adueniſti audacie columen cõſutis dolis: imo equidẽ tunicis ꝯſutis huc aduenio/nõ dolis.

Conſumo is. penult̃. ꝓdu. in nihilũ redigo. Solinus. Sunt etiam in Lycia ſaxa: que viuentiũ quoqꝫ corpa adalligata cõſumũt.

Conſũmo as. per duplex mm. ſummã ſimul capio. Lactan. lib. vij. Quoniã nec rationẽ totius myſterij magni cõſũmauerat/in vnũqꝫ collegerat: nec ſũmũ bonũ cõprenderat. Col. lib. ij. Hac cõſũmatione operũ colligitur poſſe agrũ ducentoꝝ iugerum ſubigi duobus iugis boũ totidem bubulcis. Et cõſummare eſt perficere: ꝙ que perfecta ſunt/oĩa ſibi ſumpſiſſe videant̃. Lactan. lib. vij. Mundũ deus ꝛ hoc rerũ nature admirabile opus ſex dierũ ſpacio cõſummauit. Unde et cõſũmatus hõ perfectus dicit̃. Mar. Os magni traſee cõſũmatiqꝫ Catonis. Col. Nullus eſt cõſũmate ſapientie.

Contagium et contagio et contages penult. pro. morbus qui ex contractu contrahitur: ex con et tago is. qđ eſt tango. Virgil. Dira per incautum ſerpãt contagia vulgus. Juue. Critice polluces dedit hãc contagio labem. Lucre. lib. iiij. Que contage ſua palloribus omnia pingunt.

Contamino nas. penul. correp. ex con ꝛ tamino. Et eſt proprie contaminare ſm Donatũ: cum res rei ita immiſcetur / vt neutra incorrupta maneat: ſed fit i vtroqꝫ corruptio. Sunt qui dicant contaminare manibꝰ lutulentis quicq̄ attingere ob hoc: pro fedo et maculo ponitur. Qua ratione Terentius / contaminare fabulas dixit. Ambro. ꝓprie ſuper Lucã. Nos ſacerdos repudiauit: ne alios quoqꝫ eoꝝ lepra contaminet. Liuiꝰ libro. iiij. ꝓ dedecoro poſuit. Contaminari ſanguinem ſuũ patres: confundiqꝫ iura gentiũ rebantᷣ: quod plebs egerrime ferens: nobilitatem arguebat eodẽ loco dicens: An eſſe vlla maior aut inſignior contumelia poteſt / q̄ partẽ ciuitatis: velut contaminatã indignã cõnubio haberi. A cõtaminatus fit compoſitũ incontaminatus: de quo ibi: Quas q̄n taſqꝫ res. C. Camuleiũ aggreſſum colluuionẽ gentium / perturbationẽ auſpiciorum publicorum priuatorumqꝫ afferre ne quid incõtaminati ſit. Sunt et attamino ꝛ intamino: que ſunt contraria. De p̄mo Ambro. lib. j. offi. Ne tetigeritis / ne attaminaueritis / ne guſtaueritis: que ſunt omnia ad corruptelã ipſo vſu. De ſecundo Horaciꝰ. Virtus repulſe neſcia ſordide intaminatis fulget honoribus: id eſt incorruptis et indiminutis.

Contemno nis. pſi ptum. ſperno / vilipendo: et minus eſt q̄ deſpicio. Cicero in Ver. acti. iij. Quemqꝫ contempſerit deſpexerit libeꝝ eſſe dixerit vnq̄. Componitur ex con ꝓ valde / et temno reijcio. Hinc contemptus us. deſpectio.

Contempto. tas. frequentatiuũ. Plautꝰ. Mirari noli neqꝫ me contemptarier.

Cõtẽplor aris. a templo dicitᷣ: id eſt a loco qui ab om̄i parte aſp[...]i poteſt: vel ex quo om̄is pars põt videri: quẽ antiq[...]i templũ noĩbant. Significatqꝫ diligenter intueor ꝛ cõſidero. Lactan. lib. vj. Vel ſi celeſte lumẽ qđ dicim[...]s ſolẽ cõtẽplari velint. Enniꝰ. Cõtẽpla et tẽplũ [.]ereris ad leuã. aſpice. Inuenitᷣ et cõtẽplo as. Plau. in Aſi. Hem meũ caput cõtempla: ſiquidẽ ex re conſultas tua.

Contendo tẽdis. contra tendo: quod eſt cõtra proficiſcor. Ceſar libro. j. Ipſe de quarta vigilia eodẽ itinere quo hoſtes ierant ad eos cotendit. Et contendere certare. Virgiliꝰ libro. iiij. Quis talia demens abnuat: aut tecũ malit contendere bello? Itẽ ſignificat contendendo / ſiue cum conatu ac nixu petere: ſeu aliquid aliud agere. Unde contenta corpora dicimus / que omni nixu intenduntur aduerſus labores / vt in arcu neruus. Cicero libro. ij. Tuſcula. Sunt quedã animi ſimilitudines cũ corpore: vt onera contẽptis corporibus facilius feruntur / remiſſis opprimũt. Cicero libro. j. offi. Miſerrima om̄ino ambitio honorũqꝫ cõtentio. Eſt em̄ contentio oratio acris ad confirmandũ et confutandũ accõmadata. Unde a Plinio dicta eſt in epiſtolis / oratio pugnax et contentioſa. Apud rhetores cõtentio dicitᷣ exornatio ex contrarijs verbis concinnata: que Antitheton: id eſt cõtrapoſitũ dicitur: vt illud pro Cluen. Vicit pudorem libido / timorẽ audacia / rationẽ amentia. Itẽ continuare: vt libro. iij. de ora. Nihil pernicioſius q̄ ſine intermiſſione contentio. Itẽ Ire. Salᷣ. in Jugurth. Et prelio fugit in prouinciã: ac deinde Romã cõtendit. Itẽ Feſtinare. Virgiliꝰ. Que littora ꝓxima curſu cõtendunt petere. Item aſtringere / intorquere: vt libro iij. Georgi. Tanto nate magis cõtende tenacia vincla. Itẽ cõparare. Cice. lib. j. ad Heren. Si noſtram cauſã laudando extollemus: et aduerſarioꝝ per contentionẽ deprimemus. Itẽ extendere: vt apud eundẽ. Ex cõtentione vocis et ſũmiſſione facile dijudicabimus. Itẽ extorquere. Cice. Extremũ autẽ preceptũ in beneficijs operaqꝫ danda ne quid contra equitatẽ cõtendas. Itẽ tacere / dirigere. Virgilᷣ. Qui tũ aereas telũ cõtendit in auras. Itẽ intẽdere. Ci. Magna eſt animi cõtentio adhibenda. Ideoqꝫ fere eſt contentio ꝛ intentio: cũ vehementiã quandã ſignificant in voce. Tracta ſimilitudine ab arcu ſeu cithara: cuius nerui quanto vehementius intenduntur / tanto vehementiorẽ ſonũ efficiunt.

Cõtineo es. penul. corre. cohibeo / ſeu me abſtineo: aut cõtra voluntatẽ me retineo: vt cũ quis ob pudorem domi ſe cõtinet: ſeu ob paupertatẽ interdicit ſibi acceſſũ in publicũ. Teren. in Phor. Domi ſe continebat. Pro cohibere. Amb. lib. j. offi. Reuera iure ea fortitudo vocatᷣ: quãdo quiſquis ſeipſũ ꝓpter Chriſtũ vincit: irã continet: nullis illecebris emollitᷣ. Unde cõtinens ꝓ abſtinente et integro. Cuius contrarium eſt incõtinẽs. Lactan. lib. iij. Da libidinoſũ adulterũ Ganeonẽ: iam ſobriũ / caſtũ / cõtinentẽ videbis. Et cõtinere eſt intra ſe tenere. Sic dicimus vrbẽ continere homines: et locũ continere locatũ. Item continere: id eſt ſimul tenere. Unde et cõtinens dicitur continuatũ. Liuiꝰ. Continens imperiũ vſqꝫ ad nos habebitis. Cicero libro. ij. officioꝝ. Nec em̄ vlla res vehementer rẽpublicã continet q̄ fides: que eſſe nulla poteſt niſi erit vicaria ſolutio rerũ creditaꝝ. Sueto. in Cali. Per hunc pontẽ vltro citro cõmeauit biduo cõtinenti: id eſt cõtinuo. Curtius. Omnia velut cõtinenti incendio ardere viſa. Cice. lib. j. Tuſ. Sed nihil te interpellabo: cõtinentẽ orationẽ audire malo. Idẽ lib. ij. offi. cõtinere ꝓ ſimul tenere poſuit: ꝛ q̄ſi inuitũ tenere cũ inquit: Nec vlla res tã vehemẽter rẽpublicã cõtinet q̄ fides.

Continens participium ea poteſt ſignificare que continent. Cõtinens feminini generis ſumitur pro terra que nõ eſt inſula: quã vulgo terram firmã appellant: qualis eſt Italia: vt ex Sicilia ad continentẽ paꝝ intercapedinis eſt. Nã inſula eſt que mari circundatur: vt Sicilia / Sardinia / Iſthmos: ita vndiqꝫ mari cingitur: vt tamen [...] parte continenti iungatur. Scribit Vl[...]. cõtinentes prouincias accipi debere eas que Italie cõiuncte ſunt / vtputa Galliã. Cõtinens neutri generis a rhetoribus accipitur pro firmamento rationis.

Cõtinentia fit a cõtinẽs: de qua Cice. lib. ij. offici. Sed valitudo ſuſtentatᷣ noticia ſui corpis: ꝛ obſeruatione eaꝝ reꝝ que aut ꝓdeſſe ſoleant aut obeſſe. Et cõtinentia in omni victu omniqꝫ cultu corpis tuendi cauſa / et in pretermittendis voluptatibus. Eius contraria eſt incõtinentia.

Cõtinenter aduerbium modo ſignificat parce. Plautus. Quãq̄ illũ pater arcte ꝛ cõtinenter habet. Modo cõiuncte iugiterqꝫ. Idem. Trium dierum ſitim cõtinenter tulit. Ceſar. Belge cũ germanis bellũ cõtinenter gerunt.

Contentus ta. tum. cum eſt participiũ a cõtineor / paſſiue ſignificationis eſt / nõ actiue: ſicut putauit Valla: quoniã ablatiuũ habet: vt is accipiatur qui continetur ab eo quod animo ſuo ſatiſfacit: ſiue etiã a ſeipſo cõtineatur. Nõ em̄ ſicut compos qui poſſeſſor ſiue obtentor alicuius rei eſt / ita contentus accipitᷣ: quoniã qui cõtentus eſt ab eo poſſeſſus eſt / a quo vel quo cõtentus eſt / quia neceſſe eſt vt aliquid ſit a quo quis contineatur vt cõtentus dicatur: vt apud Teren. in Eunu. Neqꝫ tu vno contenta eras: neqꝫ ſolus dedit. Quis hic exponat. Neqꝫ tu vnũ continebas



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

qui animo ſatiſfaceret tuo. Continere enim cohibe/
re eſt ſiue te ſiue alium: ne quid fiat reprehenſione di/
gnum: et ad virtutem ferme ſemper pertinet. Hoc
autem loco culpatur meretrix: non ꝙ ſe a libidine nõ
contineret: ſed ꝙ vno non contenta erat: id eſt vno
non continebatur/ vt ab aliis abſtineret. Id etiam
oſtenditur per affirmationem. Plau. in Mer. Nam
vxor contenta eſt que bona eſt vno viro. Nec hic vx/
or bona continet vnum virum: ſed ſe cõtinet: ſiue cõ/
tinetur vno viro/ aut ab vno viro. Similiter Lactã/
tius de ꝓphetis loquẽs. Cõtenti temporali cibo quem
deus ſubminiſtraſſet: id eſt ſatiſfacti vt nihil ampli/
us expeterent. Plaut⁹ in Mer. Immo dicamus ſe/
nibus leges: Cenſeo prius habeamus quas leges te
neãt: cõtẽtiqꝫ ſint: id eſt ɔtineãtur: vel pacati vel leti
ſint. Que tñ oĩa paſſiue ſumũtur. Eſt etiam ɔtinue
pro perſeueranter/ aſſidue. Continuo vero ſignifi/
cat ſtatim.

Cõtinuo as. pſeuero/ pago. Apul. Scaphas aſcẽdere
mari iter cõtinuare.

Cõteſtari litẽ: dicũtur duo aut plures aduerſarii/ ꝙ or
dinato iudicio vtraqꝫ pars dicere ſolet: Teſtes eſto/
te. De hoc verbo cõteſtor vide i dictiõe Teſtor.

Cõticeo es penul. corre. Cõticere eſt ſimul vel oẽs ta/
cere. Vir. Cõticuere oẽs intẽtiqꝫ ora tenebãt. Hinc
Cõticeſco is. qd eſt cũ aliis tacitus fio. Pli. libro. xi.
Tũc repẽte oẽs cõticeſcũt.

Cõticiniũ: noctis primũ tempus quo oĩa quieſcendi
gratia cõticeſcunt.

Cõtigno as: vide i dictione Tignus. Hinc cõtignatio
que eſt ſolariũ domus: ſiue ſtratum ſit cemẽto lateri/
buſve ſiue nõ ſtratũ: qualia fere ſunt ſolaria domoꝝ i
Apulia. Eoqꝫ ꝓ miraculo apud Li. infert bouẽ i ter/
tiã cõtignationẽ cõſcẽdiſſe. Pli. Seſquipedalis pari
es nõ plus ꝙ vnã cõtignationẽ tolerat. Eſt eñ ſupe/
rior ⁊ inferior cõtignatio.

Cõtingo gis. cõtigi cõtactũ: idẽ quod tãgo. Col. lib. i.
Plurimiſqꝫ et his anguſtis illuſtratũ feneſtris: atqꝫ
a terra ſic editis/ ne manu cõtingi poſſint. Virgili⁹.
Funẽqꝫ manu cõtingere gaudẽt. Et in tertia perſona
ſignificat aliquid per ſortẽ venire i portionẽ. Hiero.
ad Damaſũ. Pater da mihi portionẽ ſubſtantie que
mihi cõtingit. In Euan. autẽ ſcribit: que me contin/
git. Ponitur et pro accidere ſeu euenire. Cicero lib.
v. Tuſcul. Quod nõ mõ ſingulis hominibus/ ſed po
tiſſimis phis cõtigit. Impersonale vo cũ infinito: vt
Cõtingit mihi eſſe felici vel felicem. Quandoqꝫ abſo
lute: apud Teren. Hanc mihi expetiui: cõtigit: cõue/
niũt mores. Ex quo datur intelligi nõ ſemper ſerua/
ri quod aiunt: Contingere eſſe de malis que ſum⁹ ve/
riti: obtinere de optatis: accidere de inopinatis tam
bonis ꝙ malis.

Contus: ſudes ſiue haſta lõgior duriorqꝫ ad percutien
dum apta. Virg. Aſſueti lõgo muros defendere cõ/
to. Vñ cõtatos milites Vegetius appellat. Accipit
⁊ ꝓ pertica ferrũ in capite habẽte: qua naute vtuntur
ad loca nauibus oportuna explorãda: a quo percon/
tor Donat⁹ educit. Virg. Ipſe ratẽ cõto ſubigit. Et
grecũ nomẽ oſtẽdit Suidas.

Contor aris: vide i dictione Cũctor.

Contorte res dicuntur perplexe et perturbate: et ſibi/
ipſis minime coherentes. Et contortũ dicitur/ cum
id quod ſequitur nõ cõuenit cum ſuperiore. Cice. li/
bro. i. de ora. Contortas res et ſepe difficiles neceſ/
ſario perdiſcimus.

Contra prepoſitio eſt: que et ſeparatur ⁊ componitur:
ſignificatqꝫ aduerſum/ locũ vel perſonam deſignãs.
Separata eſt apud Virgiliũ. Cõtra Neptunũ et ve
nerem cõtraqꝫ mineruã. Componitur autem cũ di/
ctionibus incipientibus a d. vt Cõtradico. E. vt con/
traeo. V. vt cõtrauento. Inuenitur etiã cõtra aduer/
bii loco poſitũ/ ſignificans e regione: ſiue ex oppoſi/
to: vt Stat contra ſtariqꝫ iubet. Et Cõtra elata mari
reſpondet Cnoſia tellus. Plaut⁹ in Amphi. Hoſtes
crebri cadunt noſtri contra ingruunt. Aliquãdo po/
nitur pro viciſſim. Tere. in Adelph. In eo me oble/
cto: ſolum id eſt charum mihi: ille vt itẽ cõtra me ha
beat facio ſedulo.

Cõtradico. Aug⁹ li. ii. de ciui. dei. Dũ quocũqꝫ mõ no/
ſtris diſputationibus cõtradicãt.

Cõtraeo is. vado cõtra. Greg⁹. Quia mũdi hui⁹ pote/
ſtatibus contraire nõ preſumerent/ niſi eos ſãctiſpiri
tus fortitudo ſolidaſſet.

Cõtrabo his. colligo: et oẽs in vnum cõgrego. La/
ctã. libro. iii. Preterea vt ad ſe multitudinem cõtra/
hat. Virgilius. Cõtrahimuſqꝫ viros. Quãdoqꝫ cõ/
pono/ cõfluo: vt Aes alienum contraxi. Quãdoqꝫ cõ
mitto. Cicero ad Qu. Fratẽ. Ea moleſtiſſime homi/
nes ferre debent: que ipſorum culpa contracta ſunt.
Quandoqꝫ Paciſcor et conuentionẽ facio: vt fit in
emendis vendẽdiſqꝫ mercibus. Idẽ libro. iii. offici.
Tollẽdum eſt igitur ex rebus cõtrahendis omne mẽ
dacium. Et lib. i. Nulla vite pars neqꝫ publicis ne/
qꝫ priuatis/ neqꝫ forenſibus/ neqꝫ domeſticis in reb⁹:
neqꝫ ſi tecum agas quid: neqꝫ ſi cum altero contra/
has/ vacare officio poteſt: id eſt conferas/ vel inuicẽ
agas. Inde contractus. Quandoqꝫ conſtringo/ re/
traho: puta cũ nerui cõtrahũtur et colligũtur rigore
aut metu: ita vt extẽdi nequeãt. Unde cõtractio. Idẽ
libro. i. Tuſcul. Sed eo ꝙ in hoc eſt oĩs animi cõ/
tractio ex metu mortis. Et lib. iiii. Animoſqꝫ demit/
tunt et cõtrahũt. ſ. timore. Quãdoqꝫ cõquiro. Liui⁹
lib. iiii. Bonaqꝫ cõtracta precii regni mercãdi publi/
carẽtur. Cice. lib. i. ad Heren. A noſtra perſona be/
niuolentiam contrahemus. ſi noſtrum officium ſine
arrogantia laudabimus. Cõtrahere frontem: eſt frõ
ti rugas inducere: quod vernacula lingua dicim⁹ aru
fare. Plau. in Am. Quid cõtraxiſtis frontẽ quia tra
gediam dixi hanc.

Cõtracto tas. ſimul tracto: frequẽtatiuũ a ɔtraho. La
ctã. de opi. poſuit ꝓ cõprendo. Quẽ a nobis lõge/ re
mote: neqꝫ oculis cõtrectari/ neqꝫ tãgi manu: neqꝫ ꝑcẽ
pi ſenſibus poſſunt.

Cõtraſto as. vide i dictione Sto.

Cõtrauenio. Cice. lib. i. Tuſcul. Ego vero facile ſum
paſſus: ne in mentem mihi aliquid contraueniret: ita
iſti faueo ſententie.

Cõtrouerſus ſa. ſum. quaſi aduerſus. Gel. Argumen/
ta autẽ cenſebat aut ꝓbabilia eſſe debere/ aut perſpi/
cua et minime cõtrouerſa. Et cõtrouerſa res dicit il/
la de qua eſt cõtrouerſia.

Controuerſia: eſt certarum perſonarum de re propria
cõtentio. Cice. Elio procõſuli. Nullam omnino ar/
bitramur de ea hereditate ɔtrouerſiam eũ hodie ha
biturum. Sine cõtrouerſia ſignificat ſine dubio. Idẽ
lib. iii. offi. Pauet: qui ſine cõtrouerſia de officiis ac
curatiſſime diſputauit.

Cõtrouerſoſus: litigioſus. Liui: libro. iii. Quem eñ
ſine hoc priuate rei iudicem feciſſet: vt controuerſio
ſam adiudicaret rem.

Cõtrouerſor aris. ex ɔtra ⁊ verſor ꝑ mutationẽ a l o ſi/
gnificat cõtẽdo: verbũ deponens ab actiuo verſo fa/
ctũ. Ci. in Protagora. Nũc a vobis ꝓtagora ⁊ So/
crate poſtulo: vt de iſto concedatis alter alteri: et in/
ter vos de hmõi nõ ɔtrouerſemini.

Contuberniũ: verbũ caſtrenſe: ſicut ſcribit lib. ii. de re
mili. Vege. vocabatur manipulus: ab eo ꝙ coniun/
ctis manibus pariter dimicabant. Et ꝓprie decẽ mili/
tes ſub vno papilione degentes dicebãtur cõtuber/
nium: quibus preerat decanus: qui caput erat contu/

bernij. Unde accipitur ꝓ cōuictu et ſodalitate. Jnde cōtubernales vulgo ſodales dicūtur. Et contubernalitatem Cyprianus appellat ſodalitatem. Dictū contuberniū a tabernis. Taberne vō domus que fiebāt ex tabulis. Unde et tabernacula dicta ſunt: licet ex tētorijs et pellibus fiant. Et contubernales dicti ſunt/ ꝙ hiſdem tabernis vtantur. Columel. libro. j. Sed qualicūq; villico cōtubernalis mulier aſſignata eſt q̄ contineat eum.

Cōtumax penul. corre. qui per tumorē inobediens eſt: qui tribus propoſitis edictis vel vno ꝓ tribus: quod vulgo pemptoriū appellat: litteris euocatus preſentiā ſui facere cōtemnit. Hinc cōtumacia. Dicit̄ qn̄q; etiā in bonā partē. Cor. Tacitus Cōtumax etiam aduerſus tormenta ſeruorum fides ſupreme clarorū virorum neceſſitates.

Cōtumelia: conuitiū a contendo: ſeu vt Ulpi. et Seneca aiunt: a cōtemptu. Cōtumelioſus: qui contumeliā inferre ſolet.

Cōtundo is. cōtudi pe. indifferēter cōtuſū: ſignificat ſimul ſiue totū tundo: frango/ cōminuo/ ꝑcutio. Hora. lib. j. Epi. Speratū meritis durā qui cōtudit hydrā. Jnde contuſū: confractū. Col. lib. vij. Plus etiā eiuſdē radix contuſa ꝓdeſt.

Cōuallis: planicies ex oīm parte cōpreſa montibus collibuſq;: dicta (vt inquit Uar.) quaſi cauata vallis. Uallis vō ex duobus montibus incluſa planicies. Uel ꝯuallis dicit̄ arta vallis quaſi ꝯiūcta: quales ſūt quas metaphorice fauces appellam⁹. Uñ ꝯuallis appellat̄ ſciſſio terre manufacta ad deducendā aquam. Pli. Flumina ad lauandū hanc materiā iugis montiū duxere. Corrogos vocant a corriuatione ꝑcepiſſe libramēto oportet vt fruaris qn̄ influat. Jtaq; altiſſimis partibus ducitur conuallis: ⁊ interualla ſuſtructis canalibus iungitur.

Cōuaſo as. penul. ꝓduc. ſignificat furto oīa colligo. Terent. in Phor. Aliquid cōuaſaſſem: atq; hinc me ꝓtinus conijcerē in pedes.

Cōuenire: ſimul venire/ cōgregari/ coire. Liui. Poſtera die arma capiūt: quo miſſi erant cōueniunt. Saluſtius. Poſtq̄ vnū in locū oēs cōuenere. Hinc cōuētus. Per trāſlationē qn̄q; cōcordare. Ouidi⁹. Nō bene cōueniūt: nec i vna ſede morātur Maieſtas et amor. Quādoq; interpellare ſeu in iudiciū vocare. Cice. in Uer. acti. ij. Nō dubitat quin ſi ipſe verrem cōueniat equitate cauſe: auctoritate ſua cōmouere hominē poſſit. Quādoq; ſtatuere. Apul. Conuenimus ad portū q̄primū ire. Quādoq; alloqui nō inuenire et videre tm̄. Terē. in Andria. Cōueni hodie aduenīēs quendā mei loci hinc atq; ordinis hoiem. Quādoq; aptū/ cōueniēs et decēs eſſe. Cice. in Hort. Nā quid vereris ne nō cōueniat noſtris etatibus iſta oratio que ſpectat ad hortandū. Quādoq; placere/ pactū facere/ et controuerſia carere. Sed in tertia perſona frequētius. Cice. lib. v. de fi. Hoc mihi cum tuo fratre cōuenit: id eſt ſine cōtrouerſia eſt/ ⁊ concordes ſumus. Dicimus etiā conuenit hoc inter nos: conuenit mihi tecum: cōuenit tibi mecū quod dixiſti: id eſt in hoc quod dixiſti inter me et te ſine cōtrouerſia eſt. Cōuenit nobis inter nos: id eſt cōcordes inuicem ſumus. Juuenalis. Seuis inter ſe cōuenit vrſis. Jtem Nō cōueniunt hec fratri mecū: id eſt diſſentimus ab inuicem in his/ et diſſimiles ſumus. Teren. Hec mihi fratri mecū nō cōueniunt. Nōnunq̄ ſine ſuppoſito/ ſed ſubintellecto. Aug⁹ libro. ix. cōfeſſ. Conuenerat inter nos ne paſſim cuiq̄ effunderetur. Plautus in Cap. Nūc ita conuenit inter me atq; hunc Tindare. Et iterū. Dicito patri quo pacto mihi cōuenit de huius filio. Sic dicimus. de ꝑcio conuenit: id eſt cōcordes fuimus.

Cōuene penul. corre. dicunt̄ qui ex diuerſis populis gētibuſq; in vna menia cōuenerūt: ſimulq; coaleſcunt. Hiero. cōtra Uigi. Nimirū reſpōdet generi ſuo: vt qui de latronū ⁊ cōuenarū natus eſt ſemine: quos cōſul Pōpeius edomita Hiſpania de pirenei iugis depoſuit: ⁊ i vnū oppidū cōgregauit. Uñ et conuenarū vrbs nomē accepit.

Cōuētio: nomē generale eſt ad oīa pertinēs: vti ſcribit Ulp. de quibus negocij ꝯtrahēdi trāſigēdiq; cauſa ꝯſentiūt qui inter ſe agūt. Nā ſicut ꝯuenire dicuntur q̄ ex diuerſis locis in vnū locū ꝯueniūt: ita q̄ ex diuerſis animi motibus ꝯſentiūt/ ⁊ i vnā ſentētiā ꝯcurrūt. Adeoq; cōuētionis nullū eſſe cōtractū/ nullā eſſe obligationē: que nō habeat in ſe cōuentionē: ſiue verbis ſiue re fiat.

Cōuētus dicit̄: cū homines ſimul venerint. Fit autem quattuor modis. Uno cū quemlibet hominē ab aliquo conuentū eſſe dicimus. Altero cum ſignificatur multitudo ex pluribus hominū generibus cōtracta in vnū locū. Tertio cū a magiſtratibus iudicij cauſa populus cōgregatur. Erant eñi in prouincijs ſtatuti cōuētus per rectores earū ad iudicia facienda. Uñ Pli. de Hiſpania. Nūc vniuerſa ꝓuincia diuiditur in ſeptē cōuētus. Jdem lib. iij. ſcribit in Bethica fuiſſe iuridicos cōuētus quattuor: videlicet Gaditanū/ Cordubenſem/ Aſtyſitanū/ Hiſpalēſem. Quarto cū aliquē i locū frequētia hominū ſupplicatiōis aut gratulationis gratia colligit̄. Ponit̄ interdū ꝓ cōiugio. Juuenalis. Conuentū tamē ⁊ pactū ⁊ ſponſalia noſtra Tempeſtate paras.

Cōuentū neutri generis: cōuētionē ſignificat.

Cōuēticulū plerūq; i malā partē accipit̄. Hoc eſt ꝓ cōuētu ſeditioſoꝝ aut ſceleratoꝝ. Ci. ꝓ. Sex. Cōuēticula hoim que ciuitates nominant̄.

Cōuerto ⁊ cōuertor ꝓ eodē accipiuntur. Plau. i Am. Sed tamē fuga in ſe nemo cōuertit̄.

Cōuexū. curuū/ ex oīm parte declinatū: qualis eſt natura celi qd̄ ex oīm ꝑte ad terrā vſus declinatū ē. Uir. Aſpice cōuexo nutantē pōdere celū. Hinc cōuexitas ipſa porrectio aduerſus nos tracta a cōcauitate nauium: que extrinſec⁹ huiuſmodi formā habēt: q̄ alio nomine carinata dicit̄.

Cōuiciū: cōtumelia/ inquit Labeo iuriſcōſultus: quaſi cōuociū: mutata littera a cōcitatione vel a cōuentu: id eſt collatione vocū. Cū eñi in vnū cōplures voces cōferunt̄/ cōuiciū dicit̄. Cū autē nec in cetu nec vociferatione dicit̄/ nō ꝓprie cōuiciū nominat̄. Feſtus tamē a vicis in quibus ꝑmo habitū eſt deriuat. Alij dicunt cōuitiū eſſe maledictū cū ꝯtumelia/ ⁊ a vitio deriuari. Cic. Maledictū autē nihil habet ꝓpoſiti ꝑter cōtumeliā: que ſi petulātius iactat̄/ cōuitiū: ſin facetius/ vrbanitas nominat̄.

Cōuiciniū: vbi plures inter ſe vicini ſunt.

Cōuicior aris: cōtumeliā dico: vt apud Euāgl. Et q̄ cū eo crucifixi erāt/ cōuiciabant̄ ei.

Cōuiuiū a viuo fit: de quo Cice. Bene maiores noſtri accubationē epularum: quia vite cōiunctionē haberet/ cōuiuiū nominauerūt. Hinc cōuiuari: cōuiuiū facere: aut ſimul cibū ſumere. Terē. in Heau. Scortari volūt/ crebro cōuiuarier. Uñ cōuiuator dicit̄ q̄ parat cōuiuiū. Cōuiue vō et cōuictores dicunt̄ inuitati ad cōuiuiū. Scitū cōuiuatorē appellat. Liui⁹ elegantē et nitidū in apparatu cōuiuali. Grece vt puto melius: συμποσιοσ εκ Του πιρω πωσω πεπωκα επιορ καισυρ. Suū eñi videt̄ eſſe comeſſatio: vnde ⁊ grecus ſermo ſeruat̄ vulgariter.

Conuictor dicitur quotidianus conuiua: et qui nobiſcum viuit familiariter. Hora. Nūc quia ſum tibi mecenas conuictor. Sue. in Tibe. Nihilo lenior in cōuictores greculos.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cõuiuale:quod ad conuiuiũ pertinet. Liu. Multaq; conuiualia ex auro ⁊ argento vaſa.

Cõuiuiones:a cõbibendo cõpotores dicuntur.

Cõuoluolus penul.cor.vermiculi genus minoris eruca/corrodẽtis pubeſcẽtes vuas:quẽ alij volucẽ appellãt:a cõuoluẽdo:ꝙ ſe inuoluit in pampino.

Conus ꝓprie nux picea. Col.libro. vij. Remedio ſunt cupreſſini quidecim coni/ totidemq; Galle: propter quod geometre eiuſmodi figuram conum appellant. Hinc Conus dicitur curuatura que in ſummitate galee prominet:ſuper quam criſte ponũtur:licet quandoq; pro criſta ponatur: quem lingua vernacula pinatiũ vocamus. Et conifere arbores:que conos/hoc eſt nuces pineas ſimiles ferunt. Oui. Et conifere cypariſſe. Quicquid preterea tali forma eſt Conoides dicitur. Unde cupreſſus femina Conoides eſt que ĩ faſtigium conuoluitur. Quidam etiam conum accipiunt pro capitio acuminato. Eſt et conus muſicus. Boe.in muſica. Si conũ quem turbonẽ vocant quis diligenter extornet. κωραιΔεσ. Conoides arbor ferens cupreſſos femina: nam a rotunditate in acumen leuatur.

Coos/ſiue cos/ſiue coum/ſiue co:inſula in mari egeo ſeu (vt quidam aiunt) in Icario Rhodo proxima/et carie oppoſita:que olim magna fuit/et optime habitata/⁊ aſpectu iucundiſſima his qui eo nauigabant. Ambitus ei⁹ quingentis ⁊ quinquaginta ſtadijs clauditur:tota fertilis/et optimo vino abundans. Eſt et vrbs eo nomine antiquitus Aſtipulea vocata. Dicta a coo meropis filia que ibi regnauit. Strabo ſcribit nouẽ gentes et quinq; millia oppidorũ eſſe: quorum nullũſit minus coo meropide. Hinc cous a um. pe. pro. Unde Hippocrates medicus diuinus/⁊ Apelles pictor egregius:Coi dicti ſunt:cũ in ea nati perhibeantur. Ouidius. Si venerẽ Cous nunq̃ pinxiſſet Apelles. In primitiuo primi corripit̃. In ſuburbano Coi Eſculapij templũ fuit valde inſigne/et multis donis opulentũ:inter que nuda Venus erat: que poſtea Iulio ceſari Rome dicata eſt. Sunt qui dicãt apud hanc inſulã fieri veſtes tenuiſſimas ad feminarum ornamentũ. Unde Ouidi⁹ de arte. Siue erit in tyrijs tyrios laudabis amictus. Siue erit in cois coa decere puta. Suidas: κωσ η νησοσ ο θεν ιπποκρατησο ιατροσ ητισ και μελοριστεγεται. Poſtea alibi ſubdit. κωοσ προσ σχιορο μεν γαρ χιοσ ευγυρατο ευλον ο δε κωοσ εξω.

Copia:a con et ope/vel a capio: vt ſit copia quaſi capia/ꝙ multa capiat:⁊ in ſingulari quidẽ abundantiam/eloquentiã/facultatẽ/poteſtatemq; ſignificat: vt Faciã tibi copiam ſpectandi ludos. Ouidius. Ante ait emoriar q̃ ſit tibi copia noſtri. Neq; apud oratores cũ alio verbo iũgitur. Poete cũ do iungũt. Virgilius. Poſtq̃ introgreſſi et corã data copia fandi. Cũ alijs verbis abundantiã ſignificat: vt Magna copia frumẽti auecta eſt. Copia pecuniarũ ⁊ copia orationis. Copia etiã dicit̃ eloquentia:que conſtat verboꝝ copia. In plurali ꝓ eodẽ ſignificato quãdoq; ſumit̃: vt Noui copias tuas: ⁊ Omniũ reꝝ copias habeo. Peculiariter tñ ſignificat exercitus multitudinẽ: vt Copie pompeij: Copie ceſaris. Aliquando etiam ĩ ſingulari ponitur pro multitudine. Pompeius ad Domiti. Nec ſolus cũ iſta copia tantã multitudinẽ ſuſtinere poteris. Idẽ. Etiã atq; etiã hortor/ vt cũ om̃i copia q̃primũ ad me venias. A copia copioſus a. ũ. pro abundãti. Copiola dimi. Copio as. quod eſt copias augeo ſiue cogo: ſicut lignor/ aquor: q̃ ſũt verba caſtrenſia.

Copẽ veteres pro copioſo poſuerunt. Plautus. Atq; ego nũc vt glorioſũ faciã ⁊ copi pectore. Hinc copona primũ: deinde caupona: taberna vinaria/ propter copiã rerũ que ibi venduntur.

Coniſcare apud Quint⁹. ſignificat arietare/⁊ frõte frõtẽ ꝑcutere. Et ſatiati agni ludunt blãdeq; coniſcãt.

Coppe:loc⁹ in grecia apud Orchomenõ boetie iuxta cephiſũ amnẽ:qui facit lacũ coppa idẽ noĩatũ.

Cophinus pe.cor.latine corba. Iuue. Cũ dedit ille locũ cophino fenoq; relicto.

Copula:cuiuſlibet rei duplex numerus. Uñ dicitur copula matrimonij/⁊ copulo ꝯiungo.

Coquo quis.coxi coctũ:a cogendo:quoniã coctum cogendo coercetur/ vt ad vtilitatẽ veſcendi perducat̃. Et duo ſignificat coquere.ſ.per ignẽ: vnde aliq̃d dicitur coctũ/vt carnes cocte. Et maturare:id eſt maturũ facere. Plinius. Aegreſcũt ſexagenis diebus ſiti maxime anteq̃ fici coquãtur autumno. Ambro. lib. Hexa. Unde aut arbores germinarent/aut frumenta vel ſata prorũperent/vel orta coquerent̃/niſi ea interior ignis animaret? Huius compoſita ſunt cõcoquo:ſimul coquo ſeu digero. Unde cõcoqui dicit̃ cibus calore ſtomachi. Plini⁹ libro. xxvij. Theophraſtus celerius cõcoqui dextri lateris incubitu difficilius in ſupinis. Decoquo: in totũ coquo. Vide alibi. Excoquo: ꝑfecte coquo/digero. Hiero. contra Iouĩ. Immolatus eſt pro nobis agnus/⁊ aſperſi calidiſſimo rore hyſopi:oẽm pituitã noxie voluptatis excoximus. Columella Proprie cũ ait: Vis frigoris excoquit terrã. Incoquo:coquendo applico. Nã cũ metallũ aliquod deplũbamus/ vel deargentamus/ vel deauramus:incoquere dicimus. Unde vaſa enea/ſtãnea ad ignẽ ilita/incoctilia dicunt̃. Plinius. Deinde et argentũ incoquere ſimili modo cepere/equoꝝ maxime ornamentis/iumentoꝝq; iugis. Proprie tamẽ incoquere eſt intus coquere. Virgilius libro quarto Georg⁹. Hui⁹ odorato radices ĩcoque baccho. Percoquo: valde ſeu ꝑfecte coquo. Plini⁹ lib. xxiij. Bubulas carnes additi caules magno ligni cõpendio ꝑcoquunt. Siꝉr diſcoquo. Idẽ libro. xxix. Denas virides lacertas in decẽ ſextarijs olei veteris diſcoquũt. Precoquo:ante coquo/vꝉ ante maturo. A quo precox fruct⁹: ⁊ ꝑcoqua vua dicit̃:id eſt ꝑmatura. Recoquo:rurſus coquo. Pli. An ſatis recoctũ ſit. Et oĩa habent pe.cor.

Cõuito tas.pe.cor.frequentatiuũ eſt.

Coquina/a coquendo:locus in quo dapes coquũtur: que et culina:a colendo/quaſi colina. Et dũ publica eſt/popina dicitur.

Coquinari:eſt coquinariã artẽ exercere. Plaut⁹. Neq; ego vnq̃ niſi hodie ad bacchas veni in bacchanal coquinatum.

Coquus vel cocus:qui cibos coquit ac vẽdit.qui ⁊ coquinarius dicitur.

Coquinarius a.um.quod ad coquinã ꝑtinet. Uñ vaſa coquinaria dicta.

Coquinaria e.ars coquẽdi:que ad victũ ſpectant.

Cor: vnũ eſt ex viſceribus. Nã om̃ia interiora viſcera dicunt̃. In quo (vt inquit Plini⁹) habitat mens. Et ſm Ariſtotelẽ. Cor fons eſt venarũ/arteriarũ et ſenſuũ. Et ſicut ait Auicẽna. Eſt principiũ ꝟtutis vitalis/fons vite: ⁊ radix dicit̃ ab interprete Galeni. Aliqñ tñ accipit̃ ꝓ mente. Cice.lib. j. Tuſ. Cor ipſũ animus videt̃. Unde concors/diſcors/ excors/ ſocors/ vecors/grauicors/⁊ cordatus.

Cordi ẽ:id eſt delectat et placet. Cicero. Ideoq; eo mihi magis eſt cordi. Teren. Si he nuptie ſunt tibi cordi:id.eſt iucunde.

Corculũ dimi. Plaut⁹. Meũ corculũ/meus molliculus caſeus. Et corculũ acutũ:quaſi cor ſapiẽs. Feſt⁹. Corculũ dicebãt antiqui ſolertẽ et acutũ. Cice. lib. j. Tuſ. Et naſſica ille prudẽs bis cõſul corculũ appellatus. Plini⁹ libro. vij. Cato corculos apud romanos

cognominatos eſſe refert q̄ ſapientia ꝑſtiterunt.
Cordatus homo:id eſt inſignis corde et preſtans me/
moria:qui ſolertia multa pollet ⁊ ingenio:quemad/
modū et corculum. Aug⁹ libro.j.de ciui.dei. Nō ita/
q̄ cū de diis victis illa conſcriberentur poetis libuit
mentiri:ſed cordatos homines cogebat veritas ꝯfi/
teri. Lactan.lib.iij. Nō inficior fuiſſe illū paulo cor/
datiorē q̄ ceteros:qui naturā rerū putauerunt inge/
nio poſſe comprehendi.

Cordolium:cōmiſeratio/et quaſi dolor cordis. Plau.
Mihi cordoliū eſt. Idē i pen. Ubi tibi erit cordoliū
ſi quā ornatā melius forte aſpexeris.

Cordapſus:morbus tenuioris iteſtini:quē iuniores ili
acū nominant.

Corchorus:vile olus apud Plinium. Unde prouer/
bium contra eos qui magnis honoribus inhiant:cū
ipſi ſint nihili:κορχοροσ ερ λαχανοισ:id ē cor/
chorus inter olera.

Corduba:ciuitas Hiſpanię Senecę/⁊ Lucani patria.

Corgo aduerbium apud veteres:quaſi ex corde ago:
id eſt loquor.

Cordus da.dū.quod ſerotina fetura natum eſt:vt cor/
dū fenū autumnale/quod autumno ſecat̄. Col. Alun
tur oues cōmodiſſime autumnali feno quod cordum
vocatur. Itidē. Corda frumenta dicta ſunt/quę ſero
matureſcunt. Et cordi:agni ſerotini qui poſt tempus
debitū naſcuntur:quos vulgus vocabulo inde dedu
cto cordiſcos nominat. Plini⁹ lib.viij. Gerunt par/
tū diebus.cl. poſtea concepti inualidi cordos voca/
bant antiqui poſt id tēpus natos. Eſt ergo cord⁹ cog
nomen eoꝝ q̄ tarde naſcunt̄. Unde apud Sue. Cor/
dus cremutius legit̄. Quo noīe etiā dictus ē ali⁹ ſcri
ptor hiſtoriaꝝ:quē ſeq̄ ſe ait Iul. Capito.i vita Gor/
dianoꝝ. Uñ Quint⁹.lib.j.ꝑcipit ſcrutādas eſſe a ſu/
tili ꝑceptore origines noīm:vnde Agrippa et opiter
⁊ Codrus ⁊ Poſthum⁹ dicant̄. Quidā tñ hoc nomē
ꝑ h.ſcribunt chordus.

Coraliū:lapis rubei coloris. Amb.libro Hexa. Quo
mō etiā non indecorus lapis coralium i mari herba/
ſcit:ſi in aerē transferatur/lapidis firmitate ſolidet̄.
Plini⁹. Coraliū religioſum in primis geſtamen eſſe
exiſtimant a moliendis periculis. Gignit̄ in mari ru
bro et in Perſico/et circa Orchadas inſulas/et in ſi/
culo circa Dreptanum. Forma ei eſt fruticis/color vi
ridis/bracce calidę:ſub aqua et molles:exemptę con
feſtim durant̄ ⁊ rubeſcunt quaſi corna. Diaſcorides.
Το δε κοραλλιον ὅπερ ενιοι λιθοδενδρον κα
λουσι δοκει μεν ειναι φυτον εναλιον. The/
ophraſtus autem in libro de gemmis. Το γαρ κου/
ραλλιον και γαρ τουθε ωσπερ λιθοσ φυη/
ται δε πον εν αεριδε λιθοσ γινεται. Hui⁹ no/
minis quidā primā ꝓducunt. Oui.lib.iiij. Metam.
Nunc quoq̄ coraliis eadē natura remanſit. Alij bre
uiant. Claud. Mergit ſe ſubito vellitq̄ corallia clo/

Coraxis:mons qui a ſeptentrione Colchidē clau (tho
dit. Eſt et fluuius eiuſdē nominis qui ex mōte ſui no/
minis oritur.

Corā prepoſitio eſt.quę contrariā habet ſignificatio/
nem a Clam:vt Corā ſenatu orationē habui. Differt
tamen a Palā: ꝙ Corā magis ad perſonas certas:
palā ad omnes refert̄. Corā indiget adiectione:palā
non indiget. Etiā differt ab ante oculos: ꝙ ante ocu/
los longe intelligi poteſt:coram proximitatē ſignifi/
cat. Terē.in Eunu. Quę mihi ante oculos corā ama
torē adduxti tuum.

Corax a latinis dicit̄ coruus. Cice.libro de ora. Qua/
re coracē veſtrū iſtum patiamur. Hinc componit̄ no
cticorax ſeu nycticorax.

Coracinus pe.ꝓdu.coruin⁹. Pli.etiā piſcē quendā co
racinum appellauit.

Corambla:herba quę oculos retūdit/et hebetes facit.
Ideoq̄ dicta corambla. Nā κορα pupillā ſignificat
αμβλυσ dicit̄ retuſus ⁊ hebes.

Corbes:vaſa ex viminibus facta:cui ſingularis eſt hęc
corbis. Cic. ꝓ Sex. Meſſoria ſe corbe ꝯtexit. Dictę
corbes ſm Uar.ab eo ꝙ ſpicas aliud ve q̄d eo corru/
ebāt. Hinc minores dictę corbulę. Cato villicū dixit
habere oportere corbulas amerinas q̄ttuor. Col. Po
ait. Corbulę decēmodię trimodię. Pōt etiā eſſe cor/
bis generis maſ.ſm Priſci.

Corbitę pe.ꝓ.naues onerarię:dictę ꝙ in eaꝝ malo ſū/
mo ꝓ ſigno corbes ſolerēt ſuſpēdi Plau. Tardiores
q̄ corbitę ſunt etiā in trāquillo mari.

Corbonā pe.cor.iudei ſacrū theſaurarium dicunt. Au
ctores Ioſephus ⁊ Euſebius.

Corcira pe.ꝓdu.inſula in Ionio mari: olim pheacia a
Pheaco dicta:qui genitus fuit e nympha Aeſopi fi/
lia:rapta a Neptuno ⁊ ad inſulā delata:cui nomē fe/
cit. Ubi grauida Neptuno peperit Pheacū:qui fu/
it pater Alcinoi. Luca.lib.ij. Hinc late patet omne
fretū ſeu vela ferant̄ In portus: corcyra tuos ſeu le/
ua petat̄ Illyris. Homerus autē lib.η. παιδα τεε/
μεν εχεμεν καιεμοσ γαμβροσ καλεεσθαι
αυθι μενων οικον δεγω και κτηματα δοιην
εικε θελωνιτε μενοισ αεκοντα δεσ ουτισ ερυ
ξει φαιηκων. Ita em̄ ſemꝑ vocat Homerus.

Corinthus:vrbs Achaię fere iu medio Iſthmi pelopō
neſiaci ſita. Iſthmos greci vocāt āguſtias peninſula
rum:inter quas nobilitate pelopōneſiacę ꝓferuntur.
Corinthus ꝑmo a Siſypho latone eoli filio fert̄ cō/
dita fuiſſe: ⁊ corcyra noīata auctore Strabone: poſt
ea Ephyre. Deinde euerſa ⁊ inſtaurata a Corintho
Horeſtis ſeu Iouis filio/Corinth⁹ eſt appellata olim
celeberrima ⁊ ditiſſima. Hęc habet arcē/quę Acro/
corinthus dicit̄. A corinthus fiunt corinthius ⁊ corin
thienſis adiectiua:q̄ ſic ab inuicē diſtinguunt̄. Corin
thij ſūt q̄ corinthū habitāt/ſeu q̄ ex corintho nati ſūt.
Corinthiēſes:q̄ alibi nati ſunt/ſed negociāt̄ corinthi.
Suidas. κορινθοσ απο κορινθου του λαρα/
θωνοσ η απο κορινθου του πελοποσ.

Corinthia vaſa dicuntur ex ęre corinthio fabrefacta: ꝙ
auro argentoq̄ cum ipſo ęre confuſis fiebāt. Nā ęs
corinthiū maxime laudabat̄. Unde factū eſt vt om̄ia
vaſa ex ęre elegantia corinthia ſunt appellata: ꝓpter q̄
apud veteres tāto in precio fuerunt ęris metalla: vt
argenti quoq̄ atq̄ auri precium tranſcēderint. Tria
autē ſunt genera corinthei ęris: vt docet Pli. Candi/
dū qđ nitore accedit q̄ ꝓxime argento. Alteꝝ in quo
auri fulu⁹ color conſpicit̄. Tertiū:in quo ęqualis tē/
peries omniū fuit.

Corinthiac⁹ a.um.qđ ex corintho eſt. Oui.li.iii. đ triſ.
Illa corinthiacis ꝑmū mihi cognita terris.

Corinthiarius:a Sueto.poſitum eſt ꝓ amatore nimio
corinthioꝝ vaſoꝝ.

Corycium:le bolçe da caualcare. Suidas. κωρυκιον
κωρικοσ θυλακιον το παρα ημιν βουλγιδι
ον η πλεγμα δερτικον αρτου.

Coriago:morbus quo boues laborāt. Col.lib.vij. Eſt
et infeſta peſtis bubulo pecori. Coriaginē ruſtici ap/
pellāt:cū pellis ita tergori adheret/vt apprehēſa ma/
nib⁹ deduci a coſtis nō poſſit. Ea res nō aliter accidit
q̄ ſi bos aut ex languore aliquo ad maciē ꝓduct⁹ eſt:
aut ſudans in opere faciendo refrixit:aut ſi ſub onere
pluuia madefactus eſt.

Corium aīaliū eſt:ꝓſertim eoꝝ quę craſſiorem pellē ha
bent ac duriorem:q̄uis quādoq̄ ꝓ quacūq̄ pelle di/
cat̄/etiā rerum inanimatarū/⁊ quandoq̄ terg⁹. Uir/
gil. Tergora diripiunt coſtis. Apud Plin. coriū ter/
rę eſt:nō tam cutis eius facieſq̄ ſūma/q̄ tectorium ⁊
ſtatumē quoddā craſſi⁹:cui ⁊ aliud quoq̄ ſubeſſe pōt

coriū. Nā ī parietibꝰ ſtruēdis ordines ipſi laterū coria a Victruuio dicunṫ: hoc eſt: quę vulgo turba opificum appellat curſus. Dicit et corius maſcu. generę. Plautꝰ in Pe. Heri in tergo meo tris facile corios cōtriuiſti bubulos. A corium fit excorio as. qđ eſt corium detraho.

Coriarius: q̄ coria ꝯcinnat/ p̄ſertim craſſiora.

Corycū penul. corre. nomen eſt vrbis et mōtis excelſi ī Cilicia optimum crocum ferentis. A quo coricius a. um: vt Crocum coriciū. Mar. Qđ de coricio quę venit aura croco. Coricus etiā portus.

Coriça: morbus cū humore obturaṫ naſus: latine grauedinē vocant.

Coricei dicunṫ curioſi. Cic. ad Atticum. Oēs eī corycei ſubauſcultare videnṫ qđ loq̄r. Nam tota coryci mōtis aſiatici: ſeu (vt quidam dicunt) ꝓmōtoriū in Creta preternauigatio latronibus plena fuit: qui diſperſi per portus ad mercatores furtim accedebant: et ſubauſcultabant quid rerū ferrent: et q̄ nauigarēt. Poſtea illis diſcedentibus adoriebātur eos/ ac diripiebant. Ex quo factum eſt: vt omnes curioſa ⁊ ſecreta auſcultantes corycei dicerenṫ: ⁊ in ꝓuerbio diceretur: Hunc ergo coryceus auſcultauit: cuius cōſilia ſecreta patefacta ſunt.

Corythi penul. ꝓdu. ſunt thecę arcuum ſiue ſagittarū: q̄uis ſagittarum ꝓprie dicantur pharetrę: q̄uis Nonius coryci legat. Sta. lib. ix. the. Cęleſtibus implet corython telis.

Corythus penulṫ. cor. oppidum Thuſcię ꝓpe Aretium in paruo colle eiuſdē nominis ſitum/ a Corytho rege poſitū. Virgꝰ. lib. ix. Nec ſatis extremas corythi penetrauit ad vrbes. Quidā hęc duo nomina ſcribunt cū h. in principio Choritus.

Cornelia romana Gracchoꝝ mater/ et maioris aphricani filia: quę a Vale. maximo laudaṫ/ ꝙ matronę cāpanę ornamenta ſua pulcherrima oſtentanti: nō auꝝ nō gēmas: nō deniq̄ veſtes oppoſuerit/ ſed liberos: q̄ maxima ſunt matronaꝝ ornamenta.

Corna nę. nomē eſt duaꝝ vrbium.

Cornus fę. generis tā quartę q̄ ſecūdę decli. ſm Priſci. Hęc ramos habet duricie ⁊ rigiditate cornibus ſimiles: fructū circa ſolſtitia facit: p̄mo cādidū: poſtea ſanguineū. Virgiṫ. lib. ix. Cōiecto ſterni iaculo volat itala cornus. i. telū ex corno factū. Cornū generꝰ neutri/ fructꝰ. Idē. Baccę lapidoſaq̄ corna.

Corneꝰ a. um. qđ a corno eſt. Plau. Durā ac corneā v̄gā. Pōt etiā eſſe a cornu deductū nomē. Vñ hybernę coronę cornęę dictę ſunt: q̄m negāte tū flores terra laminis e cornu tinctis fieri ſolebant.

Cornetū: locꝰ vbi ſunt frequētes corni: ſicut a pino pinetū.

Cornu/ cornum/ ⁊ hic cornus ſm Priſci. a curuore/ vt inquit Var. Pli. Dentes mobiles cōfirmat ceruini cornus cinis. Oībus fere caua ſūt cornua: ceruis tm̄ ſolida: et ſingulis annis decidua. Hinc fiunt vnicornium/ bicorniū/ tricornium/ quadricorniū. Per tranſlationem cornua fluminū dicuntur flexus curuitates alueorum: ꝙ multis in locis ad cornuū ſimilitudinē flectantur. Itē cornua antēnaꝝ ſignificant vtrāq̄ partem antennę. Virgꝰ. Cornua velataꝝ obuertimus antennarum. Similiter in prelio Cornua dicuntur vtraq̄ pars exercitus. In exercitu enim eſt dextrū et ſiniſtrū cornu: et qđ inter vtrūq̄ eſt dicitur mediū. Itē cornu genus eſt tubę obtortę: a quo cornicines dicti ſunt.

Cornicen pe. cor. q̄ cornu canit. Iuue. Quadragita dedit gracchꝰ ſeſtertia dotē Cornicini: ſiue hic recto cātauerit ęre. Dictū ita: quia qđ nūc ex ęre eſt: tunc fiebat bubulo cornu.

Corniger penul. cor. gerens cornua. Vnde bacchꝰ corniger dictus eſt: quia ſimulachro liberi patrꝰ cornua adiūciebanṫ: ꝙ vini inuentor fuerit. Hoīes eī nimio vini potu truces redduntur.

Cornigenus a. um. qđ eſt ex genere cornua habētiū: ſicut caprigenū: qđ eſt ex genere caprarum.

Cornipeta pe. cor. aīal qđ cornibꝰ petit. i. ferit.

Corniculū dimi. a cornu. Quo etiā nomine vocatū eſt oppidum iuxta Tarquinios: a quo oppidani corniculani appellati ſunt.

Cornipes pe. cor. aīal pedes habens ſicut equus et capra/ ⁊ hmōi: vnguiū aut pedū aīalia. Oui. li. ij. Faſto. Cornipedi fauno cęſa de more capella. Nā Faunꝰ caprinos pedes habere fertur.

Cornutus ta. tum. qđ habet cornua: vt Facies Moyſi cornuta erat. Poteſt etiā dici cornutū qđ ꝓcedit ex cornu. Mar. Occubuit tandem cornuto ardore potitus. Cornuti quadrupedes a veteribus dicebantur elephanti. Nam qđ in his dentes multi dicunt/ cornua ſunt. Sed mirum eſt qđ ſcribit Suidas de Cornuto: et dicit duos mirabiles viros fuiſſe: vnū Liuium et Cornutū.

Cornicularius: nomen eſt ordinis in militia: ſicut Cōmentarienſis et accenſus. Docet Aſco. ꝓinde ac cornicularius a corniculo ſic inclinetur/ vt a cornu cornicen. Nā qui corniculo militabat: is cornicularius dicebatur. Liuiꝰ lib. x. ſcribit Papiriū cōſulem equites omnes ob inſignē in bellis operā donaſſe corniculis armilliſq̄ argenteis: tanq̄ cornicula ſint inter donatitia ornamenta militaria.

Cornix: auis: quę dux auiū eſſe dicitur. Vnde et cornices accipi ſolent ꝓ his qui ſe ſapiētiores ac duces aliorū videri volunt. Vnde Hiero. in quodā ꝓlo. vtitur: et Cice. ꝓ Murena. Huius dimi. eſt cornicula. Hiero. ad Paulinū. Malo alieni operis interpres exiſtere/ q̄ (vt quidā faciunt) informes cornicule alienis me coloribus adornare.

Cornicor penul. ꝓdu. deponens: ſignificat more cornicum garrio. Perſius. Neſcio quid tecum graue cornicaris inepte.

Corona eſt: quam gręci στεφανον vocant: a noſtris olim ſtrophia a στροφειν quod ē vertere. Poſtea ꝑ diminutionē ſtrophiola appellata: deinde a ſerendo ſerta. Et cum videatur corona a choro dici: caret tamen aſpiratione. Fuerunt autē apud Romanos diuerſorum generū coronę in magno precio habitę: ſcꝫ Triumphalis: quę fiebat ex lauro/ et triumphanti dabatur: q̄m ea arbor pręcipuę eſt lęticię victoriarumq̄ nuncia. Obſidionalis: quā liberati ab obſidione dabant ei qui ipſos liberauerat ex gramine decerpto inde vnde obſeſſos ille ſeruaſſet. Nam (vt ait Plinꝰ) ſummū apud antiquos ſignum victorię erat: victos porrigere herbam e terra. Ciuica: quam ciuis ciui: a quo ſeruatus eſt in prelio: teſtem vitę ſalutiſq̄ percęptę dat. Et hęc huiuſmodi erat. Primo ilignea: poſtea magis placuit ex quercu: quia ante cauſa vitę ī hac arbore hominibus fuit/ qui glandibus veſcebantur: etiam ex ilice. Muralis erat: qua donabatur ab imperatore: qui primus murū ſubijt: inq̄ oppidum hoſtium per vim aſcendit: et aurea erat. Vallaris: quę et Caſtrenſis dicitur: ſimiliter aurea/ habens inſigne valli: hac donabatur qui primus hoſtium caſtra pugna ītroiuit. Naualis quoq̄ aurea: quaſi roſtris auium inſignita: qua donari cōſueuerat qui primus maritimo prelio in nauem hoſtium vi tranſilibat. Oualis myrtea erat: qua vtebantur imperatores/ qui ouātes introibant ciuitatem/ quando bellum leuiter ⁊ ſine cruore perfeciſſent. Corona etiā dicitur ornamentum muliebre. Horacius libro primo Car. Et ſcindet hęrentem coronam crinibus. Et corona ponitur ꝓ conuentu hominum circumſtante. Item pro circulo circa lunam. Itē pro ſigno cęleſti Adriadne Mi-

noĩs filia/que conuerſa eſt a Baccho. Virgilius lib. primo Geor. Cnoſiaqꝫ ardentis decedat ſtella corone. Ferunt Adriadnã coronã dono accepiſſe a Theſeo: inde nupſiſſe Libero patri: ⁊ poſt eius mortẽ Liber pater coronã in celo collocauit. Alij dicunt hanc coronã dediſſe Bacchũ Adriadne/cũ ad Minoẽ in Creta venit. Alij dicunt coronã fuiſſe datã a Venere Baccho in nuptijs deorũ. Hec cãcro ⁊ leone exoriente occidit: exorit̃ cũ Scorpio nonis Octobris habet ſtellas nouẽ in rotundo diſpoſitas.

Corolla dimi. paruа corona. Proper. Me iuuet externis poſitũ languere corollis.

Coronula ſilr dimi. Hiero. lib. iiij. Re. Et ſculpture inter iuncturas ⁊ inter coronulas.

Corono nas. coronã capiti impono.

Coronari⁹ rij. q̃ coronas cõficit. Pli. Factũ id ẽ ex ingenio Glycere coronarie dilecte illi. Coronarius a. um. qđ ad coronã ptinet. Vñ aux coronariũ.

Coronamentũ: coronarꝫ multitudo. Plini⁹. Atria q̃ppe coronamentis referta. Aliquãdo accipitur ꝓ floribus frõdibuſqꝫ et alijs ex quibus corone fiunt. Idẽ In hortis ſeri ⁊ coronamenta iuſſit Cato inenarrabili florꝫ maxime ſubtilitate.

Corolarium (Auctore Varrone libro. j.) ſignificat id quod additum eſt preterqꝫ quod debitum/tanqꝫ auctarium quoddam: ⁊ id quod ſupra menſurã vel põdus iuſtum adijcitur: a corollis nomen deductum: ꝙ he cum placuerant auctores in ſcena dari ſolite ſint. Unde et corolaria dicuntur ipſe corone. Sue. in Augu. Itaqꝫ corolaria et premia alienis quoqꝫ muneribus ac ludis: ⁊ crebra ⁊ grãdia de ſuo offerebat. Plinius lib. xxj. Paulatim ⁊ Rome ſubrepſit appellatio corolis inter initia propter gracilitatem nominatis: mox et corolarijs poſtqꝫ e lamina aerea tenui inaurata aut inargentata dabantur. Cicero in frumentaria. Noli hos colligere qui nummulis corrogatis de nepotum bonis ac de ſcenicorum corolarijs decimam emerunt. Hec autẽ cum precij parui forent: factuꝫ eſt vt corolariũ ꝓ re leuiori accipiatur. Apul. ſymbolicos corolariũ vocauit poſticum cõcubitum cum ait: Mihi iã fatigato de ꝓpria liberalitate photis puerile obtulit corolariũ.

Corone vrbs in Peloponeſſo Meſſeniorꝫ: a qua coroneus ſinus dictus eſt.

Coronea vrbs eſt i boetia. Papi. Meſſe coroneã baccho gliſſanta colentes.

Coronis idis. roſtrũ nauis/finis/extremitas/apex/[cornu]/arcus/⁊ huiuſmodi.

Corpus: nõ ſolum pro maſſa compacta ex artubus et membris. Seneca. Corpore truncato caput abeſt. Sed etiam pro ſola carne ponitur. Cicero Gallio. Ego hic cogito commorari quoad me reficiam: nam et vires et corpus amiſi. Mar. vtranqꝫ ſignificationem poſuit. Viuebant laceri membris ſtillantibus artus. Inqꝫ omni nuſqꝫ corpore corpus erat. Hinc corpulentos dicimus obeſi corpis homines. Et corpus dicitur quod eſt compoſitum ex materia et forma. Corpus (inquit Hieronym⁹) qꝫqꝫ caro dicatur: interdũ tamen ethereũ vel aereuꝫ nominatur/quod tactui viſuiqꝫ non ſubiacet: et plerũqꝫ viſibile eſt atqꝫ tangibile. Unde Apoſtolus corpora celeſtia appellat et corpora terreſtria. Celeſte corpus: ſolis/lune/ſtellarum. Terreſtre: ignis/aeris/terre/aque/⁊ reliquorum: que abſqꝫ anima his ſentiuntur elementis. Corporum tria genera Pompo. eſſe affirmat. Vnũ quod vna ſpecie continetur: vt homo/lignum/lapis. Alterũ quod ex cõtingentibus: hoc eſt pluribus inter ſe coherentibus cõſtat: vt edificium nauis armariũ. Tertiũ quod ex diſtantibus compactũ eſt: vtputa ex pluribus corpibus vni nomini ſubiectis: vt Populus/legio/grex. Hinc corporeus a. um. qđ eſt ex ſubſtãtia corporis: vt lapis. E diuerſo incorporeum/vt virtus.

Corporale: qđ eſt vel habet corpus. Incorporale cõtrarium.

Corporo ras. interficio: et corpus ſine anima relinquo. Ennius. Corpus contemplatur vnde corporet vulnere. Hinc fiunt compoſita: Cõcorporo et incorporo.

Corporatura: corporis quantitas: hoc eſt habitus et ſtatus ipſius corporis. Vegeci⁹ libro. j. ſcribit corporaturã boni tyronis implere ſex pedum lõgitudinẽ. Col. lib. vij. Habilis enim ⁊ modica corporatura pecoris operarij debet eſſe: neruiſqꝫ et muſculis robuſta/nõ adipibus obeſa. Victru. lib. vj. Sed ex celo roſcidus aer in corpora fundens humorẽ efficit ampliores corporaturas.

Corporatio idẽ qđ corpatura. Col. lib. vij. Cuſtodiendũ eſt ne incorpatione vel ſtatura vel viribus impar cũ valentiore iungatur.

Corrado dis. penult. ꝓduc. ſimul ſiue totũ rado/aufero/vendo/alieno. Teren. in Heau. Nihil relinquo i edibus: nec vas/nec veſtimentũ: corraſi oĩa: id eſt vendidi vel alienaui. Lactan. lib. v. Nõ ꝓpter humanitatẽ que nulla in his erat: ſed vt oĩa cupiditatis et auaricie inſtrumẽta corraderent.

Corrigo gis. penul. corre. ex cõ et rego: ſignificat emẽdo. Lactanti⁹ lib. iiij. Anteqꝫ mores aliorũ corrigas: tuos corrige.

Corripio pis. penul. corre. reprehendo. Multi eñ corripiuntur/qui tamen nõ corrigũtur. Aug⁹ libro. j. de ciuitate dei. Ea ipſa tñ que cũ eis nõ perpetrant: nolunt plerũqꝫ corripere: cũ fortaſſe poſſint aliquos corripiendo corrigere. Proprie autẽ corripere eſt aliq̃d celeriter rapere. Virgil. Hic arcũqꝫ manu: celereſqꝫ ſagittas Corripuit. Adaptat̃ hoc verbũ ad oẽs act⁹ humanos: vt Corripit̃ ſomno: corripitur febribus/⁊ multa alia huiuſmodi.

Corrumpo pis: cõtamino/vitio/deſtruo. Et tã ad animũ qꝫ ad corpus refertur. Unde corruptor et corruptela. Terent. in Adelp. Piſces ex ſententia nactus ſũ: hi mihi ne corrũpantur cautio eſt. Lactan. lib. iiij. Celeſtes litteras corruperunt: vt nouã ſibi doctrinã ſine vlla radice ac ſtabilitate componerent. Aliquando corrũpere eſt ſubornare/inuitare et illicere. Plinius lib. vij. Aduerſis ſtudijs copia odorũ corruptũ criminantibus.

Corruda penul. ꝓduc. ſilueſtris aſparagus vocabat̃. Cato. In harundineto corrudã ſerito vnde aſparagi fiant. Var. lib. j. rei ruſt. Itẽ olera que arida loca ſequuntur: ſic vt vmbroſis locis alta ſeras/vt corruda nõ noceat ꝙ ita petit aſparagus.

Cors cortis: vide in dictone Cohors.

Corſica penul. corre. inſula: que (vt docet Strabo) diſtat a Sardinia ſtadijs ſexaginta. Hanc greci Cyrnũ appellãt. Hec maligne colit̃ ꝙ aſpera ſit: et multis in locis inacceſſibilis. In ea ſunt caſtella Bleſini carax: Emicome/vapanes. Hui⁹ inſule lõgitudinẽ aſſerunt milliaria centuꝫ ſexaginta/latitudinẽ ſeptuaginta. A Cyrno Herculis filio dicta eſt Cyrnus: vt placet Fabio pictori. A Corſica ꝟo muliere cui⁹ taurus cuꝫ ex cõtinenti in inſulã tranaſſet: nomen qđ habet retulit. Scribit Stra. lib. v. captos a Romanis inſule huius alpeſtres in admiratione fuiſſe: ꝙ viri hiſpidi inhumani ferino aſpectu viderentur. Hanc Romanis Mauri abſtulere: quã poſtea Ademarc⁹ i claſſe Genuenſi imperator recepit.

Cortina penul. correpta multa ſignificat. Nã Cortine ſunt vaſa in quibus pigmenta coloreſqꝫ coquuntur: quibus lane tinguntur: et vela pingnntur immerſa. Pli. li. xix. Fere die liquatis cortina velis; elutria tñ

mergitur in experimentum. Et libro. xxxv. Hoc cum
fecere non apparet in velis/ ſed in cortina pingi: mi/
rumq́ꝫ cum ſit vnus in cortina colos ex illo alius at/
q́ꝫ alius ſit in veſte accipientis medicaminis. Serui
us accipit cortinam pro tripode Apollinis: vnde ora
culum. Uel ꝙ Apollinis tripos corio pythonis ſer/
pentis tectus ſit: vel certa illic reſponſa fundantur/
quaſi certina. Uirgilius. Neq́ꝫ te Phębi cortina fe/
fellit. Uel quia illic cor vatis tenetur. Illuc enim ra/
ptę phębades vaticinabantur. Cum autem hę corti/
nę Apollini delphico antiquitus dicarentur: alio no
mine Delphicę ſunt nuncupatę. Plinius lib. xxxiiij.
Ex ęre factitauere. ⁊ cortinas tripodum nomine del/
phicas: quando donis/ maxime Apollinis delphici
donabātur. Uarro libro tertio. Cortina dicta eſt qđ
eſt inter terram et cęlum a ſimilitudine cortinę Apol
linis. Ea a corde ꝙ inde ſortes primũ extimatę. Ca/
to. Cortinam plumbeam accipit pro vaſe quo oleũ
fluit: vbi oleum in torculario factores premunt. Ait
enim. Cortinam plumbeã in lacum ponito: quo ole/
um fluat. Item Cortinę dicuntur aulea et vela ad lo/
cum contegendũ: prout vernacula lingua appellita/
mus. Unde Hieronymus ſuper Exodũ. Decem cor
tinas facito de byſſo retorta. Hę etiã velaria ſeu ve
lares a velis dictę ſunt. Nam velũ/ plagę et ſtragula
inter ſe germana ſunt. Itẽ locus velatus in theatro
ex quo egrediuntur recitatores et mimi. Uirg. Ma
gni cortina theatri.

Cortinale: a cortina: ſumitur pro loco in quo ſunt cor/
tinę: hoc eſt vaſa quibus ſapa decoquitur. Col. libro
primo. Cortinale vel defrutum fiat: nec anguſtũ nec
obſcurũ ſit: vt ſine incõmodo miniſter: qui ſapã deco
quit verſari poſſit.

Cortex tam maſculini q́ꝫ fęminini generis eſt: veluti co
riũ cuiuſq́ꝫ rei: vt in arborib⁹ liber/ ⁊ in cęteris rebus
cruſta quedã ad tegẽdum data. Nam coriũ proprie
animaliũ eſt. Ouidi⁹ libro. j. Metam̃. Sentit adhuc
trepida renouo ſub cortice pectus. Huius diminuti
uum eſt articula. Colu. Corticulis reſolutis. Hinc de
cortico as. et excortico.

Cortona: ciuitas Tuſcię: a qua cortonenſes. Dionyſi/
us vocat eam Cortoniã: quia inde cortonienſes for/
mauit. Hęc ante Corton dicebat̃. Liu. lib. ix. Itaq́ꝫ a
Peruſia et Cortone ⁊ Aretio: quę ferme capita He
trurię populoꝝ erant.

Corybantes: a pupillis oculorũ ſiue genis dicti ſunt.
Gręci κοριβαντιαν eos dicunt: qui ad ſimilitudi/
nem leporum oculis patentibus dormiunt: quod eti
am quidã Coribantire dixerunt. Qui cum cuſtodes
Iouis eſſent: non modo excubare/ ſed etiam apertis
oculis dormire cogebantur. Iuuenalis. De conuiua
corybanta videbis. Hi in Ida monte Phrygię ſal/
tando et cantando ſacra Cybeles faciebant: ⁊ ſacer/
dotes exciſis teſtibus degebant. Dicti Coribantes:
ꝙ κορυβαντιαν eos gręci dicunt: vt Strabo dicit:
qui capita ſaltando iactant furijſq́ꝫ agitentur. Dio/
do. Corybantũ ſcribit Iaſonis et Cybtes filiũ fuiſ/
ſe: ac ſimul cum Dardano ſacra matris deũ in Phry
giam detuliſſe: eoſq́ꝫ qui in ſacrificijs eius deę incum
bere voluerunt/ de ſuo nomine appellaſſe. Alij a Ga/
lea dictos volũt: quę gręce κορυσ dicitur: ꝙ galero
quodam capita tecti inſaniendo luderent. Suidas.
κορυβαντεσ ἐνιοι τοὺσ κουρῆτασ καὶ τοὺσ κο
ρυβαντασ τοὺσ αὐτοὺσ ὑπειλήφασιν ἦσαν δὲ
διὸσ τροφεῖσ οὗτοι καὶ φύλακεσ τινὲσ δὲ αὐτο/
ὺσ λέγουσιν ἄλλοι ἐννέα ἦσαν δὲ τῆσ ῥέασ
παῖδεσ καὶ κόρυβασ ὁ αὐτόσ τοῖσ κουρῆσιν
οἱ ἦσαν τοῦ διὸσ τροφεῖσ καὶ διδάσκαλοι καὶ
τῆσ ῥέασ παῖδεσ.

Coridalus penultima correpta: gręce κόρυδαλοσ:
auis eſt a galea dicta: κόρυσ enim latine galea. Un/
de etiã noſtri galeritam: niſi potius a galero/ ⁊ alau/
dam dicunt.

Corydalla: vrbs Lycię.

Corus ſine h. ventus occidentalis: gręce Argeſtes di/
citur: qui contra aquilonem flat: et producit primã.
Iuuenalis. Atq́ꝫ habitas coros ſemper tollendus ⁊
hauſtro. Quandoq́ꝫ mutamus o in au/ ⁊ Caurus di/
cimus. Uirgilius. Semꝑ hyems: ſemper ſpirantes
frigore cauri. Et Corus eſt menſurę genus quadra/
gintaquinq́ꝫ modios continentis: modius ꝟo capit
vigintiduo ſeſtertia. Chorus cũ h. conuentũ et multi
tudinẽ ſignificat: et veluti coronam eorum qui ad lu/
dos conueniunt: ſiue ſaltantiũ atq́ꝫ canentiuꝫ. Nam
multoꝝ vocibus et ꝯcentu cõſtat: vt Seneca ⁊ Ma/
crobius tradunt. Et apud priſcos ex ſeruis ſympho/
niacis comparabatur. Unde apud Iuriſconſultos li
bro tertio de legatis. Si chorus legetur: perinde eſt
ac quaſi ſinguli homines legati ſint. Hieronymus.
Ubicunq́ꝫ chorus eſt ibi diuerſę voces in vnum can
ticũ cõgeruntur. Quomodo eñ diuerſę chordę vnã
vocem efficiunt cantici: ſic et diuerſę voces cũ ſimul
fuerint congregatę/ chorum domini efficiũt. Et a χα
ρα ſm̃ Platonem libro ſecũdo de leg. quę eſt lęticia
deducitur. Feſtus a corona deriuat: habetq́ꝫ primaꝫ
correptam. Uirgilius libro ſexto. Veſcentes lętum
q́ꝫ choro peana canẽtes. Idem. Omnis quã chorus
⁊ ſocij comitantur ouantes. Hinc Chorea et chorau
les. Hieronymus ad Dardanum ſcribit: Chorũ eſſe
muſicum inſtrumentum ex ſimplici pelle cũ duabus
cicutis ęreis: ꝙ per primã inſpiratur/ et per ſecundã
vox emittitur.

Coruſcare: nõ ſolũ ſplẽdere/ ſed etiã vibrare ſignificat.
Uirgil. Talia vociferãs ſequitur: ſtrictũq́ꝫ coruſcat
Mucronẽ. Et criſpare. Idẽ. Tũ ſiluis ſcena coruſc.

Corylus penultima correpta: arbor et fruct⁹ a noſtris
dicitur Auelana. Uirgilius libro. ij. Geor. Plantis
edurę coryli naſcuntur. Coryletũ: locus conſitus co/
rylis. A Corylus etiã colurna opera dicta ſunt ex co
rylo arbore facta.

Corymbi: vuę hederaꝝ/ quib⁹ coronabat̃ bacchus. Ti
bul. Sed varij flores redimita corymbis.

Corynephoros: latine dicit̃ clauã ferens.

Cos cotis/ fęminini generis: lapis quo cultri acuũtur.
Propie tamen cos ſiue cotes cauteſve: dicit̃ ſaxum
aſperum atq́ꝫ abruptũ. Uirgili⁹. Ꝙ ſi dura ſilex: aut
ſtet marpeſia cautes. Sed qđ nos cotẽ vel cautẽ dici
mus: gręci ἀκόνην dicunt i vtroq́ꝫ ſignificato. Hinc
cotes ſiue aconas olearias ⁊ aquaticas dicimus: ꝙ il
las ad ferrũ oleo: has aqua madefacim⁹. Eſt et Cos
nomẽ ciuitatis ſeu inſulę: de qua ſupra in dictiõe Co/
os. Huius diminutiuũ eſt coticula: de quo infra. Et
compoſitũ Decotes.

Coſſi: vermes in ligno editi: qui apud Phryges ⁊ i põ
to ꝓ delicatiſſimis cibis ſumunt̃. Hieronym⁹ contra
Ioui. In Põto ⁊ Phrygia luxuria eſt comediſſe xy
lophagion: ita eñ appellat coſſos vermes obeſos ex
lignoꝝ carie naſcentes: qui apud illos a patrefamili/
as in magnis redditib⁹ computant̃. Sic Pli. l. xvij.
Luxuria coſſos doboꝝ delicatiores adhibere i cibo
A ſimilitudine hoꝝ coſſoꝝ homĩes rugoſi corporis
ab antiquis coſſi dicti ſunt. Unde et Coſſutiorũ fa/
milia apud Romanos dicta eſt. Ex qua coſſutia vxor
cęſaris: cuius meminit Suetoni⁹ in vita cęſaris. Sic
Coſſuuij coſſuuiani.

Coſmus/ nomen ꝓpriũ: et latine dicit̃ ornatus et mun/
dus: id eſt orbis: a κοσμέω orno ⁊ decoro. Ponit̃
interdũ ꝓ ipſo vnguento/ quo quis ornatur. Marti.
Qui coſmi redolẽt alabaſtra focięq́ꝫ deoꝝ. Fuit enim
Coſmus nobilis vnguẽtari⁹: a q̃ vnguenta coſmiana

dicta ſunt. Petronius. Affert nobis inquit alabaſtꝝ
coſmiani. Coſmicus adiectiuũ: idẽ quod mũdanus.
Microcoſmus: minoꝛ mundꝰ: quo nomine vtiť Ari
ſtoteles ꝑ homine.

Coſmographia cũ accẽtu i penul. mũdi deſcꝑtio. Coſ/
mographus pe. coꝛ. deſcriptoꝛ mũdi.

Coſmeta penul. ꝑduc. oꝛnatoꝛ/ſiue ancilla ſeruiẽs do/
minę ad oꝛnatũ. Iuue. Ponunt coſmetę tunicas. Et
coſmeta imꝑatoꝛ dicitur.

Coſtus fę. generis: et coſtũ radix magni odoꝛis/ſeu ar/
buſcula aromatica. Hiero. ꝯtra Ioui. Quõ aũt ꝟgi/
nitati aię nõ pꝛęiudicat imitatio virginũ diaboli: ita
ꝛ vecis ieiunijs coſtũ Iſidis ꝛ cybele/ꝛ quoꝛundã ci
boꝝ in ęternũ abſtinentia.

Coſta. Vir. Et pede ſubigit terrã: fricat arboꝛe coſtas

Coſyros pe. coꝛ/nomen inſulę ſiculę. Unde coſyrij di/
cunť. Coſyra ꝟo vnde coſyrei: aphꝛicana inſula eſt
Sunt tñ qui vnã inſulã eſſe velint.

Cotię: alpes dictę ſunt a Cotio rege: qui ꝑdomitis gal
lis eas extruxit molibus magnis/cõpẽdiarias ꝛ viã/
tibus opoꝛtunas.

Coticula diminutiuũ eſt a cote: licet nõ ſeruet ſignifi/
catũ pꝛimitiui. Non eñ eſt parua cos/ſed lapis quo
fit auri vel argenti experimentũ. Modicus quidem
eſt et raro quaternas vncias longitudinis/binaſqꝫ la
titudinis excedens.

Cotile pe. coꝛ. gręce κοτυλη omne concauũ poculi et
menſurę genus ſextarius: iunctura coxę cũ natibus/ꝛ
pondus nouẽ vnciaꝝ.

Cotylũ ſcribit Strabo vocari locũ in Ida mõte: vnde
Scamandri et Granici ꝛ Aeſopi fluminũ oꝛigo. xv.
mil. paſ. a ſcepſi: et inde nomẽ cotylo/quaſi cõcępta/
culũ ꝛ accęptaculũ ſignificet.

Cotyla: eſt vas ſiue poculum ad potandum/ quo Dio
genes cynicus vſus eſt: anteqꝫ vidiſſet puerũ manu
concaua bibentẽ.

Cotidie: qꝫuis a quoto ꝛ die cõponatur: per c. ꝛ non ꝑ
q. ſcribendũ eſſe quidã exiſtimant: quia tanta eſt affi/
nitas inter c et q. vt q. in c. mutari facile patiatur: vt
ſequoꝛ ſecutus/loquoꝛ locutus/q̇s cuius. Uñ Quin
tilianus lib. pꝛimo. Inſti. Frigidioꝛa his alia: vt q̇c/
quid c. quartam haberet/ne interrogare bis videre/
mur: ꝛ quotidie nõ cotidie: vt ſit quot diebus. Uerũ
hęc iã etiã inter ipſas ineptias euanuerũt. Uictoꝛi/
nus quoqꝫ libꝛo de oꝛthographia: ꝑ c. capitalẽ litte/
rã ſcribere pꝛęcępit/ſic inquiẽs. Quãuis eñ cocus a
coquendo/ꝛ cotidie a quoto et die deriuata ſint: ꝑ c.
et nõ ꝑ q. ſcribenda ſunt.

Cotones penultꝫ. coꝛre. a coton poꝛtus in mari arte et
manu facti. Qui etiã Cotonia ſm Seruiũ dicuntur.
Coton etiã nomen vꝛbis eſt in Syria: a qua hęc cota
na vel coctana pluralis tñ numeri dicta ſunt ꝑ quo/
dã ficus paruę genere. Mar. Paruaqꝫ cum canis ve
nerunt cotana pꝛunis. Pli. lib. xiij. Syria in ficoꝛum
genere habet caricas et minoꝛes eius generis quę co
tana vocant.

Coturnix: auis aduena terreſtris magꝫ qꝫ ſublimis: no
ſtri qualeã dicunt: gręce oꝛtyx. Unde oꝛtygometra.
Dicta coturnix auctoꝛe Feſto a ſono vocis.

Cocconũ: nõnulli bombatiũ: vulgares indocti bombi/
cẽ: litterati xylon/ſiue goſſipion aꝑpellãt: genus illud
lini candidiſſimũ ex ęgypto.

Cothurni/tragica calciamenta quibus calciantur tra/
gedi: qui in theatro dicturi ſunt alta voce. Suidas.
κοθορνοσ υπολημα αμφο τεροδεξιον. Eſt
autem calciamenti genus humile in modũ crepida/
rũ: ſed tale eſt vt dextro et leuo pedi conueniat. Ali/
quando capitur pꝛo calciamento ſubleuato ſubere/
quo mulieres grandioꝛes aꝑpareant. Iuue. Si bꝛe/
ue parui ſoꝛtita eſt lateris ſpaciũ/bꝛeuioꝛqꝫ videtur.
Uirgine pygmea nullis adiutã cothurnis. Aliquan
do pꝛo alto dicendi genere. Uirgilius. Sola ſopho/
cleo tua carmina digna cothurno. A cothurnꝰ fit co/
thurnatus a. um. Mar. Grãde cothurnati pone ma
ronis opus.

Couinũ rheda. Unde Couinarius eques a Tacito nũ
cupatur: qui ex equo couino depugnabat. Sunt qui
equos couinarios cataphꝛattos intelligunt. Idẽ in
vita Agricolę. Modia campi couinarius eques ſtre
pitu ac diſcurſu complebat.

Coxa et Coxendix pꝛo eodem accipiuntur. Uarro li/
bꝛo pꝛimo de re ruſtica. Lata fronte/naribus ſimis/
lato pectoꝛe/craſſis coxendicibus. Sunt qui coxen/
dicẽ ſeu coxam intelligant coxarum vertebꝛũ quo fe/
moꝛa vertuntur: quod gręce ισχιον. Unde Iſchia
dici dicuntur coxendicibus laboꝛantes. Plinius lib.
xxv. Coxendicibus et articulis omnibus cũ axungia
vtiliſſima. Cato incantamentũ docet ad ſanãdas co/
xendices luxas: Hoc eſt/ loco ſuo motas. Suetoni/
us de Auguſto. Coxendicę et femoꝛe et crure ſiniſtro
non perinde valebat/vt ſępe etiam inde claudicaret.
Plinius in epiſtolis. Hunc dũ ſequitur colligitqꝫ ꝑ
lene et lubꝛicum pauimentũ/ fallente veſtigio ceci/
dit/coxamqꝫ fregit: quę parũ apte collocata reluctan
te ętate male coijt. Celſus libꝛo quarto. Coxis pꝛoxi
ma ſunt genua; de oſſe dixit.

## C Ante R

Cranos ſiue Cranium: apud gręcos: ſignificat capi/
tis caluariam.

Crantoꝛ: ſolenſis academicus philoſophus: fuit Xeno
cratis Platonis diſcipuli condiſcipulus Polemo/
nis: qui nouis opiniõibus academiã platonicã reple
uerunt. Hic ſcripſit libꝛũ de cõſolatione: quẽ Cicero
emulatus eſt. Perijt aquę intercutis moꝛbo. Taxa/
uit ſtoicoꝝ indolentiã: q̄ eſſe nullo mõ põt/niſi plane
hoiem ſaxeũ eſſe velimꝰ/ꝛ oĩ ſenſu carentẽ.

Cras: nõ ſolũ ſm conſuetudinẽ accipiť ꝑ die ꝑxime fu
turo: ſicut Heri pꝛo die ꝑxime elapſo: ſed etiã ꝑ futu/
ro tẽpoꝛe: vt in ſacris litteris loqutiur phitoniſſa ad
Saulẽ. Cras eris mecũ. Et libꝛo Geñ. dixit Iacob.
Exaudiet me cras iuſticia mea.

Craſtinus craſtina craſtinũ: penultima coꝛrepta: a cras
fit: ſicut ab heri heſternus: vt Dies craſtina. Et nõ ſo
lũ ꝑ die ſequẽti hodiernũ/ſed ꝑ quolibet alio. Uirgi.
Si ꝟo ſolẽ ad rapidũ lunaſqꝫ ſequẽtes Oꝛdine reſpi
cies: nũqꝫ te craſtina fallet Hoꝛa.

Craſtino aduerbiũ: idẽ qꝺ cras. Gel. Si dñs meſſium
ad amicos reiecit craſtino ſeges nõ meteť.

Craſtino craſtinas: ſignificat diem de die trabo et dif/
fero. Hinc pꝛocraſtino et recraſtino eiuſdẽ ſignifica/
tionis. Hierony. ad Paulinũ. Scilicet niſi tu ſemꝑ
recraſtinãs/et diẽ de die trahens: caute ꝛ pedetẽtim
tuas poſſeſſiũculas vendideris: non habet Chꝛiſtus
vnde alat pauperes ſuos.

Craneũ: gymnaſiũ erat apud Coꝛinthũ. Cice.

Craſis: latine dici põt tẽperamentũ/ cõplexio/ mixtio.

Craſſus: pinguis/groſſus/ac põderoſus. Hinc craſſici
es ꝛ craſſitudo ꝑ pinguedine. Craſſare: pinguẽ face
re: vt Incraſſatꝰ/impinguatus recalcitrauit. Graſſoꝛ
ꝟo ꝑ g. aliud ſignificat.

Craſſamentum: groſſicies. Gellius. Surculi duo erãt
teretes oblonguli pari craſſamento eiuſdem longitu
dinis/deraſi atqꝫ oꝛnati ſimiles. Sic Colu. Craſſa/
mentũ vini feculenti dixit. Idem libꝛo vltimo Craſ/
ſamen. Semꝑ inquit in re quieta aqua craſſamen ali
quod in imo reperitur.

Craſſeſcere: eſt pinguẽ fieri. Columella lib. ix. de tur/
turibus. Nec quia tritico vel alijs frumentis minus
craſſeſcant: verũ qꝫ ſemine eius maxime delectantur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN